nem deitatis. Scire autem convenit etiam de diſ-
penſatione quam pro noſtra ſalute in Domino
Chriſto Dominus Deus impleviit, quod Deus ver-
bum hominem perfectum adſumpſit, ſemine Ab-
braham & ex David juxta prædicationem ſancta-
rum ſcripturarum, ejus naturæ cujus & illi fue-
rant ex quibus ſemine erat, hominem natura per-
fectum, ex anima rationali & humana carne com-
poſitum; quem hominem noſtræ naturæ conſimi-
lem ſpiritus ſancti virtute in vulva virginis fiſtum,
factum ex muliere, factum ſub lege, ut omnes re-
cipiamus a legis ſervitute, conſecutus adoptionem
quæ eſt olim repromiſſa, inaſſimabiliter ſibi con-
junxit, & mortem quidem experiri more homini-
num fecit, ſuſcitavit vero a mortuis, & revexit in
cœlos, & ſedere fecit ad dexteram Dei. Unde cum
ſit

[a] Hæc ſunt] id eſt, inter Dei inteſtationes, ut expliceat verius inscriptio Concilii Ephesini.
[b] Θεοτόκος] ita Codex Bellovacensis. Vaticanus habet ΔΑΡΕΙΤΑΝΟΣ. Verus verbi Concilii Ephesini, patronus, quique, ut ipse ſubſcripſerit, Tertius Graecus, μαρτυρικὸν, quod Bolianis verbis *affirmativus*, vinus interpretatur Synodi Chalcedonensis, *Actio*] Hunc tribunum non addidimus. Nullus enim extat in antiquis exemplaribus.
[c] Juxta] in ſiſtem libris legitur, *Sed*, mendoſe. Hinc non efficimus, *Juxta*.

[a] *Et in* vitam] ita codex Vaticanus. Bellovacenſis habet, *& vitam*. Vide ſupra in antiqua verſione Concilii Ephesini pag. 124.
[b] *Symbolum Nestor.*] a Theodoro Mopsueſteno compoſitum, ut ſcribitur in collatione Chalcedonenſi. Vide Secundum lib. 3. cap. 2. & 3.
[c] *Et* Concilii Quinti. Vide Secundum lib. 3. cap. 2. & 3.

sit supra omnem principatum & potestatem & dominationem & supra omne nomen nominandum, non in hoc tantum sæculo, sed etiam in futuro, ab omni creatura accepit venerationem & tributum. Et neque duos dicimus filios neque Dominos, ignorum unus filius per substantiam Deus verbum unigenitus filius patris, cui ipse conjunctus, & habens filiatis participatum, etiam filii appellatione communicat, & Dominus per substantiam est Deus verbum, cui ipse conjunctus honori communicat. Et propterea neque duos dicimus filios neque duos Dominos: quia cum sit manifestus is qui est per substantiam Dominus & filius, inseparabilem habens cum eo conjunctionem, hic quoque qui pro nostra salute adsumptus est, conservatur, idest, *venerabilem*, conjunctus filio & Domini, non quemadmodum unusquisque nostrum, qui per se ipsum filius est, (unde & multi filii jeratu dicitur Paulum) sed solus is habens principatum conjunctionem ad Deum verbum, filiatis dominationisque participes, admirandum opinionem dominum filiorum & dominorum, præbet vero nobis conjunctionem ad Deum verbum omnem habere de eo fidem & opinionem; pro quibus & venerationem, utpote Dei relatio, ab omni accipi creatura. Unum igitur dicimus filium & Dominum Jesum Christum, per quem omnia facta sunt; primitus quidem Deum verbum intelligentes, qui est *per substantiam* filius Dei & Dominus; deinde *indicentes* etiam adsumptum filium de Nazareth, quem unxit Deus spiritu & virtute quasi conjunctione ad Deum verbum verbum filiatis dominationisque participes; ut autem secundus Adam juxta beatum Paulum vocatur, ita fuisse ejusdem quidem naturæ qua Adam, demonstrans autem nobis futurum futurum, & qui tantam ab illo habet differentiam quanta est debeat inter eum qui futuri illatus arcana bona habuit, & inter illum qui præsentium malorum dedit initium. Similis modo etiam fecundus homo vocatur, quasi qui fecundum futurum nobis mutatitatis, quoniam primitiis futuri princeps fuit Adam illius mortalis & passibilis & omnium dolorum plenissimi, inexperientiam similitudinem ipsius accepimus. Secundum vero mutatitatis nobis Dominus Jesus, qui decedis in futurum apparens, omnes nos in communionem suam perducet. *Primus enim homo*, inquit, *de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis*, id est, inde venturus, et nos omnes ad similitudinem sui perduceret. Unde infert: *Qualis terrenus, talis etiam terreni; & qualis cælestis, talis etiam cælestes. Et sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.* In eo apparens & in eo omnibus conspicienda qui judicandi sunt occulta & invisibili facies judicium divina natura. Tempora enim ignorantiæ despiciens Deus, nunc adnuntiat hominibus ut omnes pœnitentiam agant, eo quod statuit diem in qua judicaturus est orbem in viro quem statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis. Hæc ad ecclesiasticorum dogmatum adfectio; & quisquis contra hæc credat, anathema sit. Quilquis non accipit salutarem pœnitentiam, anathema sit. Qui autem diem Pascha non facit juxta morem catholicæ Ecclesiæ, anathema sit.

Budeus Viniet Philadelphenus Tetfaresfecdecatitas agnovi verum fidem orthodoxæ, & rogavi sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, & maxime Thefaresfecdecatitarum, in qua ante erratum, & ejusdem suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & per pietatem & victoriam DD. NN. Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Et si quid ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et recitata mihi expositione, subscribi mano mea. Elpytius Philadelphenus curialem, propterea quod interas nescierem.

Elpytius Cerdanepi Philadelphenus curialis Tetfaresfecdecatitas agnovi verum fidem orthodoxiæ, & rogans accessi ad sanctam catholicam Ecclesiam; & anathematizo omnem hæresim, & maxime Tetfaresfecdecatitarum, & adjentio supra scriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta sanctam & catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & victoriam Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et recitata mihi expositione, subscribi manu mea.

Rufinus Philadelphenus Tetfaresfecdecatitas agnovi verum fidem orthodoxiæ, & rogans accessi ad sanctam & catholicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tetfaresfecdecatitarum, & adjentio cum omni familia supra scriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta [illegible] Ecclesiam. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & per pietatem & victoriam Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et recitata mihi expositione, subscribi manu mea.

Eugenius Diphiladelphenus Tetfaresfecdecatitas agnovi cum omni familia verum fidem orthodoxiæ, & rogavi sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam; & anathematizo omnem hæresim, & maxime Tetfaresfecdecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem catholicæ & apostolicam Ecclesiam. Et adjentio cum omni familia supra scriptæ expositioni rectæ fidei. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Recitata mihi & placita expositione, subscripsi manu mea.

Fustlinus Iacus Diphiladelphenus Tetfaresfecdecatitas agnovi verum fidem orthodoxiæ, & rogavi sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam; & anathematizo omnem hæresim, & maxime Tetfaresfecdecatitarum, in qua ante erratum. Et adsentio supra scriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans etiam eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem sanctæ catholicæ Ecclesiæ. Et juro per sanctam homousion trinitatem & per

& per pietatem & victoriam Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et recitata mihi expositione, accessi cum omni familia, & subscripsi manu mea.

Damalius & Alexander per manum Euprepii filii Theodori reverentissimi Diaconi agnovimus orthodoxiam, & rogavimus sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessimus ad catholicam Ecclesiam, anathematizantes omnem hæresim, & maxime Tetfaresfecdecatitarum, in qua ante erratum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et recitata nobis expositione, juravimus per venerabile jusjurandum sanctissimæ trinitatis & per victoriam & salutem Dominorum nostrorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum nihil ex suprascriptis labefactaturos. Et credentes cum familiis nostris subscripsimus.

Fl. Nymphidianus Diphiladelphenus (scholasticus omnibus dogmatibus & moribus Tetfaresfecdecatitarum, qui non admittunt dogmata orthodoxorum, renuntio, & profiteor communicare fideli orthodoxorum in omnibus, & cum admittere.

Polychronius Tatiani & Philadelphenus per manum Fl. Elycii & Cerdalibelii Philadelphei curialis, propterea quod nesciebamus agnovi orthodoxiam, & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium accessi ad catholicam Ecclesiam, & anathematizans omnem hæresim & maximé Tetfaresfecdecatitarum, in qua ante erratum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et recitata mihi expositione, juravi per venerabile jusjurandum sanctissimæ trinitatis & per victoriam & salutem Dominorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de suprascriptis labefactaverimus, subjacere nos legum severitati. Et recitata nobis hac expositione, subscripsimus.

Marinus Eremi per manum Neocii Ischarii orthodoxorum agnovi orthodoxiam, & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem hæresim, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem & per pietatem & victoriam Dominorum nostrorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de suprascriptis labefactaverimus, subjacere nos legum severitati. Et recitata nobis hac expositione, subscripsimus.

Marinus Eremi per manum Neocii Ischarii orthodoxorum agnovi orthodoxiam, & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem hæresim, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem & per pietatem & victoriam Dominorum nostrorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de suprascriptis labefactaverimus, subjacere me legum severitati. Et subscripsi.

Eudoxius Marcelli Philadelphenus subscripsi manu mea, & agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam orthodoxorum Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tetfaresfecdecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per venerabile jusjurandum, si quid de suprascriptis labefactaverit, subjacere me legum severitati. Et recitata mihi expositione, subscripsi manu mea.

Cyriacus Philadelphenus, unus de hæreti Novatianorum, agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Catharon. *Et juravi* per venerabilem jusjurandum, *si quid* de suprascriptis labefactaverit, subjacere me legum severitati. Et recitata mihi expositione, subscripsi. Per Eudelphum Castiopilli.

Eufenius Philadelphenus natus agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam orthodoxorum

a *Euprepii*. Vitiatæ lectionem confirmant codices manuscripti antiquæ versionis Concilii Ephesini. Verum in Graecis exemplaribus & in Concilio Chalcedonensi legitur *Euterpii*.

b *Cerdalibelii*. Hæc est lectio veterum Historiarum Mauri Mercatoris. Vitiata versio Concilii Ephesini. *Cerdali Emphelicus*. In Chalcedonensi, *Ex dynaphelis*. Rufinustus habent Cerdanepi.

c *Diphiladelphenus*. Ita Graeci ex *Dia philadelphus*, quod adjunctum *Philadelphenus*, male. Concilium Chalcedonense hic quoque habet *secunda Philadelphia*.

d *Gastiopilli*. Ita habetur veteri exemplari Mauri Mercatoris. In Concilio Chalcedonensi legitur, *Syrum Cultipum*.

e *Neocii*. Hæc est lectio editionum Mauri Mercatoris & veteris interpretis Concilii Ephesini. At in Concilio Chalcedonensi, *Neyrualanus*. In Graeco, *Neoneyrus*.

f *Philadelphenus*) in veteri exemplari quinque uxiunur. *Editiones Graecæ & Latinæ habent simpliciter Philadelphenus*, quibus consentiunt manuscripti codices Bibliothecæ regiæ & veteris exemplaris antiquæ versionis. At in antiquo Concilio Chalcedonensis interpretatione Latina legitur *secunda Philadelphia*; quod etiamsi ipsum lectionem Mauri Mercatoris obtinuerit. Hæc Philadelphia fuit in Lydia. Alterius, quæ fuit in Arabia, meminit Ammianus Marcellinus lib. 14.

g *Diphiladel.* Ita eadem veteris exemplaria Mercatoris. In Concilio Chalcedon. *secunda Philadel.*

ANNO CHRISTI 431.

thodoxorum Ecclesiam, anathematizans omnem haeresim. Et juravi per venerabile jusjurandum nihil me de suprascriptis labefactare. Et subscripsi manu mea.

Diomedes habitans in vico Cascuba agnovito thodoxum; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi volontate mea ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam orthodoxorum, anathematizans omnem haeresim, & maxime Tessarescedecatitarum, & in qua antea errabam. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & per victoriam & per pietatem Dominorum gloriosissimorum me in suprascriptis de nihil labefactorem & in omnibus servaturum orthodoxorum fidem. Et si fuero deprehensus labefactans aliquid de placitis, subjacebo legum severitati. Et audita expositione, subscripsi manu mea.

Julianus b Dispbildelphenus agnovi orthodoxum, & accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematizans omnem haeresim, & maxime Tessarescedecatitarum. Et juravi venerabile jusjurandum, si quid de suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et agnoranti subscripsi per Martyrium lectorem.

c Eusychius de vico Aulacis, primus Tessarescedecatitarum haereticus, agnovi veram fidem orthodoxam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, & reverentissimum e Episcopum Jacobum & reverentissimum Presbyterum & diaconum Chartium, accessi ad sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematizans omnem haeresim, & maxime Tessarescedecatitarum, in qua ante errabam; & allentio suprascriptae expositioni recitae fidei, anathematizans eos qui non faciunt sanctum diem Paschae juxta morem catholicae & apostolicae sanctae Ecclesiae. Et juravi per sanctam & homousion trinitatem & per victoriam, & victoriam Dominorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid vero de suprascriptis labefactavero, subjacebo legum severitati. Et subscripsi manu mea.

Patricius Presbyter de vico Parazioxilli per manum Maximi compresbyteri, eo quod literas nesciens, agnovi veram fidem orthodoxiae; & rogavi sedipsissimum Episcopum Theophanium & reverentissimum Presbyterum Chartium, & rogavi quam maturius communicare sanctae Dei catholicae & apostolicae Ecclesiae orthodoxorum; & anathematizans omnem haeresim, & maxime Tessarescedecatitarum, eos qui non faciunt sanctum diem Paschae juxta morem Ecclesiae. Et juravi per sanctam & vivificam trinitatem & per pietatem & victoriam DD. NN. Et Theodosii & Et. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de his labefactavero, subjacere me legum severitati.

Zenobius de vico Sagari f poeta Tessarescedecatitarum haereticus, agnovi veram fidem orthodoxam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium & reverentissimum Chorepiscopum Jacobum & reverentissimum Presbyterum & dispensatorem Chartium, accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam, anathematizans omnem haeresim, & maxime Tessarescedecatitarum, in qua ante errabam. Et allentio suprascriptae expositioni orthodoxorum, anathematizans eos qui non faciunt sanctum diem Paschae juxta morem catholicae Ecclesiae. Et juro per sanctam & homousion trinitatem, & victoriam DD. NN. Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem de suprascriptis labefactavero, subjacebo legum severitati. Hanc manum ei commodavit Flavius Palladius, quod prefens literas rescitit.

Hic igitur recitatis, decrevit sancta Synodus aliam fidem nulli licere proferre vel conscribere vel componere praeter illam quae constituta est a sanctis patribus qui Nicaea in sancto spiritu convenerunt, illos vero qui audent fidem alienam vel componere vel proferre vel volentibus convertere au agnitionem veritatis ex paganismo, sive ex Judaismo, sive ex aliqualibet haeresi, eos, sive Episcopi sint aut Clerici, alienos esse Episcopos episcopatui, Clericos clericatu; vero tanti sint, anathema esse. Simili modo si qui deprehensi fuerint, sive Episcopi, sive Clerici, vel laici, vel credentes doctrinam quae scripta fuerit in expositione quae a Charcilio Presbytero prolata est de incarnatione unigeniti filii Dei aut certe scelerata & perversa Nestorii dogmata, quae etiam infra scripta sunt, eos subjacere sententiae sanctae & mundanae synodi; ut sit perspicuum Episcopum quidem alienum futurum episcopatu & fore depositum, Clericum vero similis modo a clericatu summovendum. Et vero latius fit, & enim fore anathema, licet supra dictum est.

Ex libro ipsius Nestorii, ex quaterione quarto dogmatum.

Quotiens igitur sancta scriptura dictura est vel generationem Christi ex beata virgine vel mortem, nusquam Deum dicit, sed aut Christum aut Jesum aut Dominum; quoniam haec tria nomina indicant duas, modo hanc, modo illam, modo utramque. Est autem tale quod dico. Quotiens nobis generationem ex virgine scriptura commemorat, quid dicit? *Misit Deus filium suum*. Non dicit: *Misit Deus verbum*. Sed utitur eo nomine quod naturas indicat duas. Quia enim filius homo est & Deus, dicit, *Misit Deus filium suum factum ex muliere*; ut si audierit factum ex muliere, videas etiam nomen poscum quod naturas indicat duas, ut generatione quidem ex beata virgine Mariae voces. Filium enim peperit Dei virgo Christotocos. Quoniam vero Filius Dei duplex est in naturis, peperit quidem filium Dei, Et peperit hominem qui est filius propter conjunctum filium.

Ejusdem ex quaterione XX.

Vide quid accidit, haeretice. Non invideo nomen virgini Christotoco. Faciat enim revoendam eam esse quae * conceperit Deum, per quam transierit dominus omnium, per quam jusfiitia fel inluxerit; sed porro fulgidor planiusque quomodo hoc quod *dixi transitur* accepertis. Non dixi *transit* pro eo quod est natus. Neque enim tam cito moriuum egemet obliviscor. Transisse Deum per virginem *operatus* a Scriptura perdoctus sum; natum (vero) Deum ex ipsa nunquam didici.) Nusquam divina Scriptura. Deum ex virgine Christotoco affecit natum, sed filium Christum, filium, Dominum. Haec omnes confitemur. Quae enim docuit divina Scriptura qui non statim accepit, misei est. *Surge & accipe puerum & matrem ejus*. Haec angelorum vox, est, non tua. Fortasse ipsius generationem ipsius noverunt archangeli. *Surge & accipe puerum & matrem ejus*. Non dixit: *Surge, & accipe Deum & matrem ejus*.

Ejusdem ex quaterione XX.

Quid igitur dicebamus? *Nemo ait accipere Mariam conjugem tuam. Quod enim in ea natum est*. Sive natum five factum diceriimus, sensui nihil nocet. *Quod enim in ea natum est, ex spiritu sancto*. Si diceriimus quod Deus verbum natum est in utero. Est enim aliud simul esse cum sancte, aliud natus. *Quod enim in ea natum est, ex spiritu sancto*; hoc est, quod Scriptura fonti in expositione quae a Charcilio Presbytero prolata est de incarnatione unigeniti filii Dei aut certe scelerata & perversa Nestorii dogmata, quae etiam infra scripta sunt, eos subjacere sententiae sanctae & mundanae synodi; ut sit perspicuum Episcopum quidem alienum futurum episcopatu & fore depositum, Clericum vero similis modo a clericatu summovendum. Et vero latius fit, & enim fore anathema, licet supra dictum est.

Ejusdem ex quaterione XXVI.

Sed quemadmodum dicebamus Deum omnium opificem & Deum Moysen, *Dum enim*, inquit, *posui te Pharao*, & filium Dei, *Filius enim*, inquit, *primogenitus mihi Israel*, & quemadmodum dicimus Christum Saul, *Non enim*, inquit, *imponam manum meam super ipsum*, quod Christus *Dominus est*, similiter & Cyrum, *Haec dicit*, inquit, *Dominus Christo meo Cyro*, & Babylonium sandum, *Ego enim*, inquit, *praesipio ipsi sanctificare*, *ego duco ipsum*, ita dicimus & Dominum Christum & Deum & filium & sanctum; sed communio quidem 4 omnium similis est, dignitas vero non eadem.

Ejusdem ex quaterione XV.

Hoc autem sentire in vobis quod & in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, se exinanivit formam servi accipiens. Mihi dicit, *Hoc sentire in vobis quod & in Deo verbo, quod cum in forma Dei esset, formam servi accepit*. Sed cum dicat Christum quali duarum naturarum appellatione, fine periculo eum & formam servi quam accepit & Deum nominavit, cum ea fine peccato dicatur de naturarum duplici & separabili ratione.

Ejusdem ex quaterione XVI.

Ut in nomine, inquit, *Jesu omne genu flectatur caelestium & terrestrium & inferiorum*, *& omnis lingua confitebitur quoniam Dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris*. Propter illum qui portavit, eum qui portatus est colo. Propter invisibilem venerior eum qui apparet. Nunquam ab eo qui apparet Deus fortatur. Ideo nec ego honorem separo. Separo naturas, sed unam facio venerationem.

Ejusdem ex quaterione XVII. de dogmate.

Erat quidem Deus verbum & ante incarnationem filius & Deus cum patre. Sumpsit vero nouvilissimo temporibus servi formam. Sed eum fit & antea filius. Et nunquam ab eo fuit adsumptorum. Non potest vocari divilus filius, ne duos filios confitiamus. Sed quia illi conjunctus est qui erat a principio filius, non potest secundum dignitatem filiietatis, ajo, non secundum unitatem. Propterea & Christus Deus verbum nominatur, quia habet conjunctionem cum Christo perpetuam.

Ejusdem ex quaterione XV.

Inconfusam igitur servamus naturarum conjunctionem, confiteamur in hominem Deum, colamus quadam divina conjunctione cum Deo omnipotenti coadoratum Dominum.

Ejusdem ex quaterione VI.

Confiderate & quid his continno inferatur. *Ut misericors*, inquit, *fieret & fidelis Pontifex ad Deum, quae res quod passus est ipse tentatus, potens est illi qui tentatur auxiliari*. Ergo qui passus est, Pontifex misericors. Passibile autem templum vivificus Deus templi ejus quod passum est.

Ejusdem ex quaterione XVI.

Ut fciatis, *inquit*, quanta erat conjunctio deitatis, cum etiam in infante caro dominica cernerent. Erat enim idem infans & infantis dominus. Laudabis vocem; fed laudabis partum cuiusque laudare. Dixit enim quod idem erat infans & habitator infantis.

ejusdem

a *Omicio Aprilis* 1. In Concilio Chalcedonensi additur, *praesipui autem Novatianorum*. *Ex consensu cum omni domo praesipue exaltatissimae & catholicae fidei*. *Ex juvenis venerabili sacramento sanctum & homousion trinitatem & pietatem & victoriam Dominorum Imperatorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum augustorum*. *Et ante me, & complacentes, subscripsi manu mea*. Opu loco Rufinus Diaconus annotat hanc additionem non habet in codicibus Graecis in quibus etiamsiiti hic rantum habentur quae vera sunt a Mercatore. Vide infra in fragmentis.

b *Dispbildelph.*) Concilium Chalcedon. *Dispbildelphia*. c *Eugenius*) In eodem Concilio, *complacentes*.

d *Eusychius*) Idem Concilium, *Eusychius Chorepiscopus Aulacis, principis Quartodecimanorum haeretici*.

e *Episcopum*) Ibid. *Chorepiscopum*. f *Poeta*) In codices Vaticanus & Bellovacensis, nisi quod primus habet *poetha*. In codice pau. bibliothecae regiae scriptum est hoc loco vitio, nullo sensu. Ex ea tamen aut simili lectione ortus est vox quam exhibet exemplaria Mariti Mercatoris. In antiqua versione Concilii Ephesini legit *Philotae*. Concilio Chalcedonensis urbanus codice in quo nihil illustrantur *Zenobius*. Ut ex vide Mercatoris & de concord. cap. 15. extreno.

a *Concepsit*) Sensui hic sumus exemplaris Bellovacensis. Nam in Vaticano legitur, *peperit*. In Concilio Chalcedonensis & in versione Petitana, *pariepit*.

b *Cadit utraque*) ita nos emendavimus ope Graci codicis. Bellovacensis. Vaticanus habet *aut filius*. quod idem est. Mercatoris & antiqua versionis Concilii Ephesini. Nam in exemplarium Mariti Mercatoris legitur, *Audiatur*. In Concilio Chalcedonensi, *Audi utraque*.

c *Dominum*) Quamvis legendum hic esse *Christum* monstrat textus Graecus & antiqua versio Concilii Ephesini, nihil mutare voluimus, quia haec lectio confirmat ea in duobus exemplaribus Mariti Mercatoris & in codice Vaticano versionem antiquae Concilii Chalcedonensis. In Concilio Chalcedonensi, *nominum*, in codice Bellovacensi, *nominum*, in codice Vaticano, *nominum*, in codice Chalbiana & cretis.

d *Nominum*) Hic locus est mutilus. Vide supra pag. 71.

ANNO CHRISTI 431.

Ejusdem ex quatenione I.

Communes enim sunt trinitatis operationes & tantum substantiis dividendae. Unigenitei vero praeclara gloria aliquando patri adfignatur, *Ego enim*, inquit, *pater meus glorificabo me*, aliquando spiritui, *Spiritus enim*, inquit, *veritatis clarificavit me*, aliquando Christi potestati.

Ejusdem ex quatenione XVI.

Hic est qui dicit. *Deus Deus meus, ut quid me derelinquisti?* Hic est qui tridui gustavit mortem. Adoro vero eum cum deitate, quasi divinae autoritatis cooperatorem. *Et post alia.* Propter illum qui portavit eum qui portatus est colo, & propter occultum veneror apparentem. Nunquam ab eo qui apparet Deus separatur. Ideo nec ego ab eo honorem separo. Separo naturas, fed unam Dei fanctiarentiatem. Non eft Deus ipfe per fe qui eft ftifus *ex fpiritu*, non Deus ipfe per fe qui eft fepultus in monumento. Nam fi ita effet, effemus certe hominum mortuorumque cultores. Sed quia in adfumpto Deus eft, ex eo qui adfumpfit is qui adfumptus eft, quafi affomentis conjunctus, nuncupatur Deus.

Ejusdem ex quatenione tertio in haeriticis, contra de fpiritu dicerent.

Quomodo enim fi fervus, *inquit*, qui cum filio operatur & patre? Et fi quis requirat opera fpiritus, invenietur ex non defectio operibus patris & filii; non quia una deitas dividatur; fed quia divina fcriptura ea quae funt unius virtutis fingulis fubftantiis differtur, ut in trinitatis fimilitudo ex temporibus operum capiatur. Deus verbum factum eft caro & habitavit in nobis, confidere fibi fecit adfumptum hominem patre. Dixit enim *Domino Domino meo, fede ad dexteram meam.* Ejus qui adfumptus eft glorianis clarificavit fpiritus. *Quando enim venerit fpiritus veritatis, ipfe me clarificabit.*

Ejusdem ex quatenione VI.

Cum de Chriftio dicerent quod miffus effet denuntiare captivis remiffionem, quafi Apoftolus addidit hoc etiam & dixit: *Hic qui fidelis fuftus eft Moyfes.* Fadtus eft enim hic, non perpetuo antea fuerat. Hic qui paulatim in Pontificis profecit, haereticis, dignitatem. Audi vocem tibi hoc erroditedis declamantem. *Qui in diebus*, inquit, *carnis fuae preces fupplicationefque ad eum qui poffet falvum a morte fuerat cum clamore vehidio & lachrymis offerens, & exaudius pro fua reverentia, quidem cum effet filius, didicit ex illis quae paffus eft obedientiam, & confummatus, fuftus eft omnibus obtemperantibus fibi caufa falutis aeternae*: Confummatur autem id quod paulatim profecit, haereticc. De quo etiam & Joannes in evangelio clamat: *Jesus profectebat aetate & fapientia & gratia.* Quibus congruit etiam Paulus dicens, *Confummatus*, inquit, *fuftus eft omnibus obtemperantibus fibi caufa falutis aeternae, appellatus a Deo Pontifex fecundum ordinem Melchifedech.* ET POST ALIA. Pontifex, inquit, vocatur. Cur igitur diversa fentis Paulo? Cur impossibilem Deum verbum corpore terreno contemnitis, & publicam Pontificem facis?

Ejusdem ex quatenione VII.

Unde, fratres, fanctae orationis caelestis participes, considerate filiolum & Pontificem confessionis nostrae Jesum filiolum ei qui fecit ipsum. ET POST ALIA. Sed ad * procimenum veniamus. *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in ipso.* Et POST ALIA. Sed ad * procimenum veniamus. *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in ipso.* Mementote quod de carne dicamus. *Sicut misit me vivens pater*, me qui appareo. Sed fortasse ego non recte interpretor. Videamus ex his quae sequuntur. *Sicut misit me vivens pater.* Ille dicit deitatem, quemadmodum Deum, Deum qui fit pratis interpres. *Sicut misit me vivens pater.* Haereticus dicit quod deitatem hic misit me Deum verbum. *Sicut misit me vivens pater*, juxta illos, & *ego vivo* Deo verbum propter patrem. Quid postea. *Qui manducat me, & ille vivet.* Quid manducamus? Deitatem, an carnem?

Ejusdem ex quatenione XIV.

Et tamen, *inquit*, si totum novum scrutates fuerit testamentum, nusquam in eo invenias mortem Deo adfignatam, fed aut Christo, aut filio, aut Domino. Non Christus & filius & Dominus, cum de unigenito a fancta fcriptura dicitur, naturas duas offendit, & aliquando fignificat deitatem, aliquando humanitatem; aliquando utrumque. Ut cum Paulus fcribens praedicat, *cum inimici effemus, reconciliati fumus Deo per mortem filii ejus*, humanitatem fignificat filii. Porro cum idem dicat ad Hebraeos, *Deus transmittens eft nobis filio, per quem & feculia fecit*, deitatem filii fignificat. Neque enim caro fecit faecula, quae poft multa faecula facta eft. ET POST ALIA. Non deitas fratrem habuit Jacobum, nec Dei verbum denuntiamus mortem dominicum fanguinem & corpus manducantes.

Ejusdem ex quatenione.

Video, *inquit*, populum nostrum habere ingentem reverentiam & ardentissimam piecatem, fed in dogmate * theognosiae ignorantia laboat. Id autem non esse crimen popuri, fed ut hoc nefte dicamus, non habuisse retro doctores tenaces accurate vobis dogmata demonstrandi.

4 Ecce hic plane confitetur nemiem ante fe talia populo praedicasse.

Cyrillus Episcopus Alexandriae subscripsi.
Arcadius Episcopus & Legatus fedis apostolicae subscripsi.
Juvenalis Episcopus Jerosolymorum subscripsi.

ANNO CHRISTI 431.

Projectus Episcopus Legatus fedis apostolicae subscripsi.
Philippus presbyter fedis apostolicae & legatus subscripsi.
Firmus Episcopus Cafareae subscripsi.
Theodotus Episcopus Ancyrae subscripsi.
Berentianus Episcopus Pergeorum metropoleos subscripsi per Timotheum Episcopum.
Severus Episcopus Synnandon subscripsi.
Perigenes Episcopus Corinthi subscripsi.
Ioannes Episcopus Cortinae Cretae subscripsi.
Mennon Episcopus Epheli subscripsi.
Reginus Episcopus Constantia Cypriis subscripsi.
Acacius Episcopus Militensis subscripsi.
Pallades Episcopus Amafiae subscripsi.
Herennianus Episcopus Myrori subscripsi.
Valerianus Episcopus Iconii subscripsi.
Pius Episcopus Pifinontiorum metropoleos subscripsi.
Cyrus minimus Episcopus Aphrodisiados subscripsi.
Amphilocius Episcopus Sidenorum metropoleos subscripsi.
Maximus Episcopus Ecclesiae quae est Sardibus Lydiae subscripsi.
Hellanicus Episcopus Chrodifus subscripsi.
Dalmatius Episcopus Cizyci subscripsi.
Flavianus Episcopus Philipporum subscripsi.
Arsitonicus Episcopus Laodociae subscripsi.
Paralius misericordia Dei Episcopus Andrapon subscripsi.
Olympius Episcopus Claudiopoleos subscripsi per Episcopos Epiphanium & Theresbium.
Dinaeus Episcopus Nicopoleos Epiricus subscripsi.
Dominus Episcopus civitatis Cutiae subscripsi.
Euftitius Episcopus civitatis Docimi subscripsi.
Epiphanius Episcopus Gratiae subscripsi.
Gregorius Episcopus Cafaraffinitis subscripsi.
Helladius Episcopus Cadramiti subscripsi.
Anfius Episcopus civitatis Thebarum Graeciae subscripsi.
Dominus Episcopus civitatis Opanti subscripsi.
Callicrates Episcopus civitatis Magnorentium subscripsi.
Nitius Episcopus civitatis Magnarentium subscripsi.
Callinicus Episcopus Apamiae subscripsi.
Petros minimus Episcopus civitatis Prutes subscripsi.
Euprepius Episcopus Byfes subscripsi.
Dio Episcopus civitatis Thebarum subscripsi.
Perebius Episcopus faltum Theffalonicenfium subscripsi.
Paulus Episcopus civitatis Anthedonis subscripsi.
Theodorus Episcopus civitatis Anineftorum subscripsi.
Eufebius Episcopus Heracliae subscripsi.
Joannes Episcopus Lesbi Selenicatorum subscripsi.
Theonas Episcopus civitatis Hierbae subscripsi.
Sinecion Episcopus Codrinae civitatis subscripsi.
Tribonianus Episcopus Ecclesiae quae est in Prinopoli subscripsi.
Martyrius Episcopus civitatis Illiftron subscripsi.
Nefus Episcopus Corybrati subscripsi.
Acacius Episcopus Contenensius subscripsi.
Abbabius Episcopus civitatis Amorii subscripsi.
Heracleon, qui & Theopanius, Episcopus Tralliion subscripsi.
Philippus Episcopus Pergami subscripsi.
Daphnus Episcopus civitatis Magnaeliae Meandri subscripsi.

ANNO CHRISTI 431.

Eufebius Episcopus Magnesiae civitatis Sipili subscripsi.
Anderius minimus Episcopus Cherronensi subscripsi.
Paulus minimus Episcopus civitatis Lampenes subscripsi.
Eutropius Episcopus minimus civitatis Evazon subscripsi.
Severus minimus Episcopus provinciae Pisidiae civitatis Sozopoleos subscripsi.
Silvanus Episcopus civitatis Cherretapon subscripsi.
Commodus minimus Episcopus Tripoleos subscripsi.
Constantius Episcopus civitatis Dioclestinorum subscripsi.
Nestorius Episcopus Sponsus subscripsi.
Apliobius minimus Episcopus Coloe subscripsi.
Phofcus Episcopus civitatis quae eft in Thyatiro subscripsi.
Paulus Episcopus Daldianorum subscripsi.
Limenius Episcopus civitatis Etteonorum subscripsi.
Dorotheus Episcopus civitatis Myrcne subscripsi.
Theodorus Episcopus Attaias subscripsi.
Aphonetus minimus Episcopus Heracleotanorum Lamnopoleos subscripsi.
Spodafius minimus Episcopus Cerami subscripsi.
Philerus minimus Episcopus Amizonis subscripsi.
Docimafius Episcopus civitatis Maxonia subscripsi.
Eunomius Episcopus civitatis Maximianopoleos subscripsi.
Euthalius Episcopus civitatis Colophonis subscripsi.
Lucianus Episcopus civitatis Topeci subscripsi.
Rufinus Episcopus civitatis Gaborum subscripsi.
Romanus Episcopus civitatis Raphin subscripsi.
Phidus Episcopus * Pae subscripsi.
Eucius Episcopus civitatis Parii subscripsi.
Timotheus Episcopus civitatis Ternae & Endociados subscripsi.
Euchanius Episcopus civitatis Direci subscripsi.
Evagrius Episcopus civitatis Selorum Cypri subscripsi.
Nectarius Episcopus civitatis Nsforum subscripsi.
Agathocles Episcopus civitatis Caranis subscripsi.
Janes Episcopus Cizaronis subscripsi.
Aedesius Episcopus Syndorum subscripsi.
Secundianus Episcopus civitatis Calamis subscripsi.
Nunechius Episcopus civitatis Elegon subscripsi.
Matidianus Episcopus Coracessii subscripsi.
Cyrillus Episcopus Calorum subscripsi per manum Helleoponti presbyteri.
Sapritius Episcopus Paphi Cypri subscripsi.
Themistius minimus Episcopus civitatis Hiasi subscripsi.
Promachius minimus Episcopus civitatis Liundorum subscripsi.
Eudoxius Episcopus civitatis Homari subscripsi.
Libanius Episcopus civitatis Palcaipoleos subscripsi.
Trajanus Episcopus civitatis Lyrhae subscripsi.
Alexander Episcopus Arcadiopoleos subscripsi.
Theodorus Episcopus Nisae subscripsi.
Trinus minimus Episcopus civitatis Eridetorum subscripsi.
Eugenius Episcopus civitatis Apollinidos subscripsi.
Aetius Episcopus civitatis Peoniorum Helleponti subscripsi.
Timotheus Episcopus civitatis Germae Helleponti subscripsi.
Archelaus Episcopus Myndri subscripsi.

* Pappis.

(*) *Ex ceo.* Ita textum in antiquis exemplaribus Mani Mercatoris. Recte tamen hic quarnum numerum addit Gonzalez, cum & in Graeca, prima repetitione & in antiquis versionibus Concilionum Ephesini & Chalcedonensis. Quinquaginta Mani Mercatoris numerus illius quarnumeris. Gerunciat adeliti numerum XXIII. quia se quod Gonzalez. Vide quae dicta funt supra pag. 73. * *Theognosia*, *Disjunctio*. quod verius interpretatur fum Petri Pithoeii. Vide quae dicta funt supra pag. 73. * *Aion*. Hoc verba utroque direclenda futuant a fupeionibus. Vide fupra pag. 75.

ANNO CHRISTI 431.

Apellas minimus Episcopus Cybræ subscripsit.
Philadelphius minimus Episcopus Gratianopolis subscripsit.
Euterius minimus Episcopus Strationicorum Lydæ subscripsit.
Joannes minimus Episcopus Aureliopoleos subscripsit.
Maximus minimus Episcopus Cymæ subscripsit.
Modestus Episcopus civitatis Anetorum subscripsit.
Theodosius minimus Episcopus civitatis Maftaurion subscripsit.
Thomas Episcopus Valentinianopoleos subscripsit.
Eusebius Episcopus Alpanorum subscripsit.
Eupertus Episcopus civitatis Pepon subscripsit.
Sadas Episcopus Phœnus subscripsit.
Rhodon Episcopus Paleropoleos subscripsit.
Domnus Episcopus civitatis Orcistis subscripsit.
Joannes Episcopus Augustopoleos subscripsit.
Petrus Episcopus Parembolarum subscripsit.
Necyras Episcopus Gozæ subscripsit.
Zeno Episcopus Cyri Cypris subscripsit.
Eupeptus Episcopus Ptolomaidos Pentapoleos subscripsit.
Macarius Episcopus Metollion subscripsit.
Hermogenes Episcopus Rinocororus subscripsit.
Marinus Episcopus Heliopoleos subscripsit.
Joannes Episcopus Ephestus subscripsit.
Heraclius Episcopus Thamuatcos subscripsit.
Theon Episcopus Heracleus & Thoitus subscripsit.
Solo Episcopus civitatis Corallion subscripsit.
Alypius Episcopus civitatis Seuleos subscripsit.
Macedonius Episcopus Xoeos subscripsit.
Petrus Episcopus Oxyrinchi subscripsit.
Metrodorus Episcopus Leontos subscripsit.
Paulus Episcopus Frabonoenses subscripsit.
Ammonius Episcopus Panephis subscripsit.
Publius Episcopus Oblorum subscripsit.
Jaracis Episcopus Aphau subscripsit.
Samuel Episcopus Dilbeos subscripsit.
Sopater Episcopus Lybiæ Septimiacæ subscripsit.
Isac Episcopus Tavæ subscripsit.
Heraclius Episcopus Tinco subscripsit.
Thomas Episcopus Pinchus subscripsit.
Cyrus Episcopus Achæorum subscripsit.
Eulogius Episcopus Achæorum subscripsit.
Alexander Episcopus Cleopatridos subscripsit.
Silvanus Episcopus Copritidos subscripsit. Ego autem Heraclius Episcopus pro eo subscripsi quod agrotaret.
Adelphius Onupheus Episcopus subscripsit.
Abraham Episcopus civitatis Oftracites subscripsit.
Athanasius Episcopus Paralias subscripsit.

ANNO CHRISTI 431.

Adelphius Episcopus Cnos subscripsit.
Lampetius Episcopus Calii subscripsit.
Chrysanius Episcopus Aphroditus subscripsit.
Amon Episcopus Butus subscripsit.
Euthimius Episcopus Theodosiopoleos subscripsit.
Venantius Episcopus Hierapoleos metropoleos subscripsit [a] per Notarium meum Theodorum.
Zenobius civitatis Barchæ subscripsit.
Zeno Episcopus civitatis Thacyron subscripsit.
Eusebius Episcopus Nilupoleos subscripsit.
Heracliides Episcopus Heracleus ulterioris subscripsit.
Martius Episcopus Antæus subscripsit.
Sabinus Episcopus Panoius subscripsit.
Athanasius Episcopus civitatis Cephcorum subscripsit.
Philoxenus Episcopus Cinnes subscripsit.
Felix Episcopus civitatis Apollonienium subscripsit.
Timotheus Episcopus provinciæ Scythiæ civitatis Tomorum subscripsit.
Zenobius Episcopus civitatis Conoß subscripsit.
[b] Paulianus Episcopus Majumæ subscripsit.
Phæbammon Episcopus Copto subscripsit.
Pabiscus Episcopus Apollonos subscripsit.
Andreas Episcopus Thermupoleos subscripsit.
Fanias minimus Episcopus civitatis Arpaion subscripsit.
Theodebius Episcopus civitatis Prienes subscripsit.
Maximus Episcopus Casæ subscripsit.
Theodulus Episcopus Phoniæ subscripsit.
Hermolaus minimus Episcopus Atrudeorum subscripsit.
Theodorus Episcopus Gadaron subscripsit manu [illegible] Archidiaconi.
Antonius Episcopus Partiniæ subscripsit.
Paulus Episcopus Gymnorum subscripsit.
Timotheus Episcopus Briulorum subscripsit.
Daniel Episcopus Colonias Cappadociæ subscripsit.
Asclepiades Episcopus Trapezoliturum subscripsit.
Theodorus Episcopus civitatis Eciaes subscripsit.
Besula Diaconus Ecclesiæ Carthaginiensis subscripsit.
Stephanus Episcopus Cajupoleos Asiæ subscripsit.
Cæsarius Episcopus civitatis Arces subscripsit.
Theodulus [c] Episcopus Aridideon subscripsit.
Leonjos Episcopus Lybradia subscripsit.
Aristocritus Episcopus Olympi subscripsit.
[d] Theodorus Episcopus Aridelon subscripsit.

Explicunt Episcoporum nomina qui interfuerunt Synodo contra Nestorium numero CXXIII.

2 Per Notarium) Hæc non extant hoc loco in codice Bellovacensi Mercatoris, sed in subscriptione Ruthilii: Itaque codicem Vaticanum fecui sumus, cui convenit cum antiquis versionibus Concilionum Ephesini & Chalcedonensis.

b Paulianus) Codex Vatic. *Paulianus*, ut supra pag. 107. Ita etiam codex Cambojensis Concilii Chalcedonensis & editio Gallica. Contra scribunt *Paulinianus*, & *Theodulus*. Hic nominalia quidem ex veteribus libranis, quæ sic apparenda sunt. Theodosius Episcopus Elafæ subscripsit. Theodosius Episcopus Aridideon subscripsit.

c Theodorus) Superiius hic apparet subscripsisse illum Episcopum, cum jam paulo ante commemoratus sit. Sane non ita perinde in Græco textu, neque in antiquis versionibus Concilionum Ephesini & Chalcedonensis.

d CXCIII.) Et tamen cum tantum subscripsi reputantur. Quare dicendum est nonnullorum Episcoporum nomina libraria erroribus inter excribendum, aut mendum esse hoc loco. Certe in subscriptionibus quæ supra pag. 103. edita sunt CXC. tantum ponuntur, in quibus tamen non computant nomina Cyrilli & Memnonis, quæ apud Mercatorem legunturi Verus interpres synodi Ephesinæ videtur numeravisse CXCVIII. ut quidem legitur in codice Bellovacensi.

ANNO CHRISTI 431.

Ex Mere Bellovacensi Collectione.

EPISTOLÆ QUÆDAM
AD CAUSAM NESTORII PERTINENTES,
Interprete Mario Mercatore.

Quæ vidi ipsarum epistolarum priores tres & ultimas edita sint supra pag. 23. 29. 15. 27. in gesta Concilii Ephesini, ea tamen ipsum ab opera pretium hic reddere, quia sunt ex diversis versione, & ut res reprehendimus quales leguntur in antiqui Marii Mercatoris exemplarium. Secuti autem sumus ordinem ab eo confoditum in illis edendis.

Epistola Nestorii Episcopi Constantinopolitani ad Cyrillum Episcopum Alexandrinum.

INjurias quidem adversum nos admirabilium literarum, tanquam medicinali dignas patientia, ad tabas opportunam responsionem relinquam. Quod vero silentium non patitur, quia adfert periculum si taceatur, prout fum & mihi facultas adest, ad tui prolixitatem sermonis extentus tentabo breviter & compendio respondere, refugiens & declinans tenebrosum indigestumque longi sermonis horrorem. Incipiam namque sapientissimæ caritatis tuæ vocibus, ipsas interponens, vel potius ad verbum inferens. *Sanctum namque, ait, & magnum Concilium ipsum ex Deo patre genitum secundum naturam unicum filium, Deum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia creavit pater, descendisse, incarnatum esse, atque hominem factum, passum, resurrexisse defuncta.* Hæc tum religiosis verba sunt, & retrogradi profecto tanquam tua. Audi nunc & nos fratrum pro pacte offerentes exhortationem, hanc videlicet quam senex ille Paulus carissimo suo Timotheo protestatus ell dicens: *Adtende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Hæc enim facienes, & te salvabis & eos qui te audiunt.* Quid igitur mihi tu sanctorum illorum in superficie legens traditionem, venia dignam tibi inesse ignorantiam ignorasti, passibile est illisile arbitratus verbum quod patri est coæternum. Attentius ergo, si placet, hæc verba timare, & invenies divinum illum patrum conventum non illam consubstantivam deitatem dissille esse passibilem, neque de recenti natam hanc quæ patri est consempiterna, neque illam refuressisse quæ templum suscitavit solutum. Et si mihi medicinam fraternam offerenti aures admoveas, ipsas tibi voces illorum interponam patrum, ne calumniæ te nexu, quam illis ingerere niteris, & per illos scriptorum mollius, absolvam. *Credimus*, inquiunt illi, *& in Dominum nostrum Jesum Christum filium ejus unigenitum.* Prævide quomodo Domini & Jesu Christi & unigeniti filii prius communis deitatis & humanitatis nomina tanquam fundamenta ponentes, tunc subiecti hominis & refurrectionis & passionis superædificant traditionem; ut nominibus quibusdam utriusque naturæ communibus & significativis positis, neque quæ generationis filii & dominationis dijudicentur, neque quæ naturarum sint propria, in singularitate nativitatis filii ulla confusionis abolitione periclitentur nomine unionis. In hoc apud illos Paulus doctor est factus: qui cum divine incarnationis memoriam faceret, incipiens subjungere quæ sunt passionis, prius posuit, *Christus*, commune, ut paulo ante dixi, nomen naturarum; tunc decentem infert sermonem fire rationem utriusque. *Etenim ait: Hoc sentiatur in nobis quod & in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed ne ad unumquodque loquar, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Quoniam igitur caperat mortis facere mentionem, ut ne quis hinc verbum Dei passibilem suspicaret, poluit *Christus*, tanquam impassibilis & passibilis essentiæ in singularitate personæ significativum vocabulum, ut impassibilis & passibilis Christus sine periculo nomenclatur, impassibilis quidem deitate, passibilis vero natura corporea. Multa super hoc cum possim dicere, & primo omnium, quod nec divinitatis, in dispensatione, fed subsequentis humanitatis tantum emissse sanctos illos patres offendere valeam; et recordor brevitatem orationis in præfatione promittens, & cum tertio sermone iceronem. Venio nunc & ad fecundum caritate tua capitalium motum, in quo naturarum eudem laudabam factam discretionem fecundum deitatis & humanitatis rationem & in una persona conforium, necnon & illud quod Deum verbum fecundatvitate ex muliere minime diceret esuisse, quodque passionis incapacem profiteur deitatem. Catholica enim reverantiæ hæc & omnino sedfitis omnibus contra Domini naturas adversa. In relicquio vero fi aliquam latentem & profundam atque incomprehensibilem rationem legentium antibus adferebas, tua fit examinatæ prudentiæ fcire. Enim mihi prirora videbaris destruere. Eum enim qui in primis impassibilis & fecundum non tempere nativitatem fuerat prædicatus iterum passibilem & novitter creatum nescio quomodo inferebas, tanquam quæ Deo verbo naturaliter inesset, confortio templi corrupta fint, aut forsitan paulo minus ab hominibus putari illud ipsum absque peccato templum & inseparabile divinæ naturæ nativitatem & mortem pro peccatoribus non pertulisse, tanquam voci dominicæ ad Judæos clamanti, *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud*, non debeat credi. Non dixit: Solvite & destruite eum, & in triduo suscitabitur. Iterum me hic sermonem ponentem ad profitendum brevitatis promisse recordatio revocat. Dicas tamen aliquid. Ubique per divinas scripturas, quoties mentionem dominicæ dispensationis, non divinitatis Christi, fed humanitatis ejus, passio & nativitas traditur, ut magis secundum liquidissimam rationem convenientius aptaisque fit sanctum virginem non genitricem Dei, id est, Theotocon, fed Christi genitricem, id est, Christotocon vocari, ad hæc evangelista quoque vociferante: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.* Evident est quia Deus verbum

2 Etenim ait) Ita codex Bellovacensis. Vaticanus: *Quid enim ait?* Quod melius videtur. Sed Vatican. *divulgitatem*.

b Divitatem) Codex

ANNO CHRISTI 431. David non erat filius. Accipe, si videtur, & aliud A *scientia Domini, sicut aqua multa coopertui maris,* ANNO CHRISTI 431.
a *Interciunem.* Hanc partem illius epistolæ venit etiam Latine Marius Mercator. b *Recepeti.* Probat hic locus veram esse lectionem quæ extat in antiquis exemplaribus Marii Mercatoris, ubi legitur, *ne si fuerimus suffosa receperit.*

c *Dormiant.* Hanc periocpen laudat Pelagius II. in epistola tertia ad Episcopos Illyr.

d *Concilio.* In conscribus Marii Mercatoris legitur ut *conflite.*

ANNO CHRISTI 451. dissimum & reverentissimum. * Diaconum fortissimum tertio Stabilitianorum, dum illic adveniret, scripsi. Et quia non de quolibet nobis certamen est, sed de ipsa spe nostra, venissem utique, si mihi hoc corpus infelix concederet, ad sanctitatem tuam, ut majori discussione & communi colloquio comprehenderetur sententia litterarum.

Ubique notandum quantum distet Theodoreti intentio ab his qui pro ea usque ad finem cum Nestorio permansérunt, item ab Alexandro & Eutherio, vel aliis similibus, & quantum confines hic qui pacem ecclesiasticam asserunt, item Joannis & Acacio & Andrea & similibus.

CAPUT LXXIII. 161

Epistola Eutherii Episcopi metropolitani secunda Cappadociæ Thyanensis civitatis ad Joannem Antiochiæ Archiepiscopum de eisdem litteris.

MAgnus pattes atque doctores vos estis noster Dominus Christus ad defendendum, ad docendum, ad omnem animæ ducatum. Necesse est igitur nos quidem & importunos esse & discere quæ oportet, vestrum vero sanctitatem & non gravitet ferre deprecationes, & monita paterna præstare. Quod autem nunc me movit, hoc est. Legi Alexandrini episcoporum multa quidem & alia inerant quæ non probantur, ut contra dogma pertinaciam unitam, & alias propositiones non pias. De his justum judicavi indicatum quæ meæ humilitati placuerunt; ut aut confirmentur quæ bene se habent tuæ sanctitatis natu, aut corrigantur quæ forsitan per ignorantiam fuerint vitiæ contraria. Et prius quidem de capitulis hoc suspicor, ut non prius oniamur expositori eorum nisi omnino ea voce propria & subscriptione repulerit quæ habenepræcipue blasphemiam. * An ad hæc nutebuus ficut illæ præcepit? Sed nos, qui ei conceliimus id, & ab illo eum non laudibus? aut quæ præcoiiis quæ fecilis, ab omni excusatione nos ipsos efficiemus extraneos. Si enim tunc quidem ita ut judicaverimus malu ut eorum scriptorum unanimiter dejecerimus, & excommunicatos illos qui ea susceperant fecerimus, nunc autem fic tolerabitu et uniamur (scriptori eorum non corrigenti hæc quæ tunc nobis damnatione visa sunt nigra, quis non a justa intercepatione liberabit, qui eum tunc quidem deposuimus velvet confituerum merito sub reatu, nunc autem rursus excipiamus eum velut infontem? Impugnant enim se invicem judicia hæc & fecisse nos illæ reatui subjici quem pronuntiat Apostolus dicens: *Si enim quæ destruxi, hæc iterum reædifico, prævaricatorem me ipsum confituo.* Sed & capitulorum incongruitas cui benefoeipsilis apparebit? Quis cum aliter Dei particen sanctam virginem fuscipiat? Quis unitam

A naturalem, & per hoc coactivam; quis saper omnem naturam virtutemque? Quis unam naturam Dei & hominis formam? Quis anathematizare præsumat eos qui pic adferibunt excelsa quidem divinitati, humilia vero humanitati, non sissimitione ullo modo quam Apostolo & evangelisæ facientes ab hæc legislatione anathematizati sunt? Quis confentiat terribili contra Episcopum sanctum gloriosumque Basilium sententiæ, qui Deiferam divit Domini carnem, qui ipsum cum his qui præsumunt Deiferum nominare anathematizatus est? Quis autem communicet ei qui Paulum, vas electionis, anathematizavit per illa quæ inquiens ait: *Si quis quasi hominem vel apostolum Dei verbi Jesum dicit, anathema sit?* dum sanctus Paulus clare dicit: *Secundum operationem potentiæ virtutis ejus, qua operatus est in Christo, suscitans eum a mortuis.* Quis vero incidit a verbo carnem, & sic fert adorationem debitam, ficut ipsis illi qui ait: *Si quis præsumat dicere assumptum hominem codorari oportere Deo verbo & complectiari, anathema sit.* Quis vero ab ipso Domino audiens quod in infinitu Dei ejiciat ipse dæmonia, & disceat a Paulo id quod est, *Qui manifestatus est in carne, justificatus est in spiritu*, glorificati a spiritu Dominum nostrum Christum Jesum confiteri recuset? Immo quis eos qui hæc confitentur & anathematizare præsumunt? Quis vero pronuntiare audeat circa hujus ineffabilem vocum novitatem Deum verbum Apostolum factum ac principem sacerdotum, ut per hoc eum factuum quoque pronuntiet, et hæc (Apostolo) Paulo clamante: *Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Jesum Christum, qui fidelis est ei qui fecit eum.* Aut quis est qui Domini carnem non ex nostra natura compatem, & ipsum verbi propatem, tamquam fi aliunde subfistierit, dicere eliget vel audire? Quis vero cunctos simul sanctos anathematismo supponat? Quis enim dicerit Deum verbum passum carne & crucifixum carne & principem ex mortuis eum qui legem vivit & est immortalis? De quibus convincere quidem latius facile est, ficut factum, * in contradictionibus quæ a multis & quæ a nobis ipsis fuistæ funt; nunc vero, quippe ut in epistola, breviter necesse est subsignare; dum certe etiam sine omni impietate manifesta essent, operrebat tamen ea ut novella refutari & non suscipere ad injurium præcedentium, quæ perfecta esiliunt, horumque ad receptionem non quærent. Si dicis, Bonum est quod nunc habeo, facta est expositio dogmatis ad succurrendum pestilentiæ hæredi, languoren minime sistes nisi materiam languoris evacuaveris effectricem. In vanum medicin extirfecus, qui intus plantasti & radicasti perniciem. Si enim deterioribus excussis, meliora fuerint introducta, meliora obtinebunt locum, manentibus autem blasphemiis quæ superindocunt, egrugria injuria fustinebunt, & reprobabilia fient. Quæ enim communio lucis ad tenebras, & quæ pars fideli cum infideli? Statio enim secundi est interemptio prioris. Unde dicit Apostolus *interimit primi, ut stamet secundum.* Qui vero se dicit ana-

ANNO CHRISTI 451. ANNO CHRISTI 451.

anathematizare Apollinarium & sectaniam ejus, A pietate. Hæc vero dico offendam quem habeam Deo cooperante intentionem, sequi sestinans in Christi his quæ proposita sunt non errantia tuæ vestigia sanctitatis, cujus ad bonum nutibus oro servire & omnia quæ pie ab eo deliberantur atque judicantur tuta habere atque servare & ad effectum, quanta mihi est virtus, adducere, & per ipsa æternum lucrum in memetipsum acquirere. Omnem fraternitatem quæ cum tua est fraternitate plurimum salutamus.

CAPUT LXXV. 163

Post hanc epistolam suam verba posuit Irenæus dicens ita.

B HÆc quidem de literis ex Ægypto tam ad Antiochenorum Præulem quam ad alios fascerdotum hic qui Thyanensem regebat Ecclesiam scripsit. Joannes vero omne quicquid potestat agere perfitebat & scribens ut ad sententiam propium transducerat universos. Propter quod & ad fervum Dei Alexandrinum mox de his ipsis similia scripsit. Et hæc dum de priioribus litteris hæsitaret.

Hic prius notandum de epistola Eutherii, quia orientis Episcopi non credebant Nestorii illas epistolas vel sententias quas ex ipso nomine synodus Ephesina damnabat. Quod si ejus esse probarentur, parati erant & ipsi & hujusmodi ejus scripsisse anathema dicere, sicut & Theodoreti attestantur epistola. Demum qui cum Nestorio perstiterunt, Joannem & Theodoreum inter fidei proditores & ante pacem notare nitebantur Ecclesiæ, quia Theodoretus fidem Cyrilli epistolæ ad Acacium valde laudabat, quam cuncti isti & breneus apertissime hæreticam ferebant. Constat igitur quod sii Theodoreti fides, quia literis in melioribus consonans, a deterioribus valde dissentit.

CAPUT LXXVI. 164

Epistola Joannis Archiepiscopi Antiocheæ ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum, quam rescripsit de literis ex Ægypto, propter ea perculpatus ab Andrea Samosateno Episcopo.

LIteras tuæ religiositatis accepi, & hoc ipso quod susceperim lætificatus sum. Solent enim literæ piorum, qualescunque sint, gaudium fuscipientibus exhibere. Legi vero & illas quas ad Dominum meum perque omnia sanctissimum communem patrem Episcopum direxisti; & vidi subtilitatem, magis autem minutirium dialectice minutissimas quæ in epistola ferebantur. Non tamen hanc subtilitatem video præsenti tempori utilem. Dum enim vos quærat delectatur quod de comedenti exierit cibus & ex amaro dulceo, & ab eo qui non fapit ex qua nostra sunt, illa quæ nostra sunt, illa quæ fapimus nos, patimini illud quod in Proverbiorum libro dictum est: *Si qui vincit, negavit se ipse vitorem.* Homo Dei, commemora temetipsum, quoniam totiesas hæresis Apollinarii in naturarum mixtione & confusione

a Diaconum) Pater reponendum, *Diaconum fortissimum tertii Stabilitianorum.* Habetur in Codice Theodosiano titulus *De Diaconis.* In collatione septima Concilii quinti mentio est militum *de numero tertii Stabilitianorum*, qui remedium Antiochiæ. Ac in codice Hellovacensi ejusdem Concilii legitur *Stapiliaorum*. Quæ varia lectio utilis esse potest ad confirmandam eorum sententiam qui putant eosdem esse Stabilenses milites, quorum mentio est in Notitia imperii, & Stabilitianos in synodo quinta commemoratos. Porro cum divisi illi essent in varios cuneos, ut docet eadem Notitia, dicuntur Stabilitianos de tertio cuneo numero, sicut Equites tertii, quinto, sexto, novo Dalmatæ, & Equites tertii quinto, sexto, novo Dalmatæ, & Equites tertii quinto, sexto, novo Dalmatæ, & Equites tertii

ANNO CHRISTI 411. omnem confistentiam habet. Ipse vero id latius A ANNO CHRISTI 411. repulit, anathematizans mixtionem quæ apud eum jacet in multis ejus, sicut & ipse nostri, conscriptis, & confusionem naturarum, & alterum dicens esse divinitatem, alterum corpus. Sic enim superiorem adjecit: *Quia impossibile est divinitas, quia due nature.* Quod nullas hæreseas eorum qui nunc sunt in Ponto habitantes aut dixit aut fapuit. Et hæc hæc manifestissime convicto contra eos. Et utinam contingat eum qui est ex vicinis tuis occurrere in hanc confessionem, & alios qui ultra Tauri sunt. Et omnia ipsis quoque soluta sunt. Verdes enim quia omnino hic quæ illi dicunt & hic quæ ipse in capitulis posuit sunt ista contraria. Verum ne sermonem producam, ad aliud eorum quæ nobis vifa sunt venio. Fui in Berrhœa; & dum multa nobis hic exercitatio facta fuisset, & communis pater Dominus meus Acacius sanctissimus Episcopus omne bonum moveret ut Ecclesiam status in semetipsum redeat, placuit ut rogarus a nobis Dominus meus religiosissimus & communis frater Dominus meus Episcopus Paulus ad Ægyptum iter assumat pro pace universali; ut ibi consilia habito per vivam vocem, quæ dicuntur ad majorem manifestationem charissimæ pervenient; ut illud fiat quod ab hiis qui sunt sancti sapientibus dicitur: *Ea quæ de Deo dicuntur, & sapiens audiantur, sic tandem sicut eorum purgentur.* Noli ergo esse pusillanimis, quæso. Sufficiens est enim Deus inobsoratum fraviatam & charismon reddere & firmiorem, dum facta incrit illa pacificatio ad bonum, fecit arbitror, Ecclesiæ Dei. Et vere magnum est ut adhuc animum Dominus meus Paulus, & deficiens & infirmatum corpus & senectam, & multa millia fluctuationes, quas dinumerare facile non est, ac semetipsum committat & provinciæ peregrinæ & viro qui non patrum est exiperatus a nobis, licet non ex nobis. Si vero dicis quia crucifixus fit mundo & mundus crucifixus sit tibi, quoad te bene se habet, ad mundum vero id nihil est. Nec enim philosophiæ nunc nec martyrii tempus est, fed correptionis totius orbis terrarum & perturbationis ecclesiasticæ. Significo Deo amabilitati tuæ quod pifcator demissus sit, magis vero fublatus, & quieverit turpiter. Addere vero id non modicum consolationem. Valde enim non & pifcatorum excetur, fecit cognovimus a magistriano qui venit, ipsi plus pertinbrationis asseriebam. Hæc per epistolam scripsimus studiose, ut unde luctus nostros mitigemus habeamus. Hæc quidem fic habent. Deo amicissimus vero Episcopus B Archelaus etsi pro dogmate nihil est passus, verumtamen per orationes tuas multatus est ad octo millia solidorum ab Augustino Selecciæ. Et plenius ut deferbrent universi. Para igitur quantum devotio tua suggesserit. Quod si non habeas, vel legitima ei prolpice. Peremptorie enim addictus es.

* * *

CAPUT LXXVI. ...165

Epistola Joannis Archiepiscopi ad Alexandrum Episcopum, de Paulo Episcopo.

ARbitratus sum me aliquid utile incepisse, Quia vero religiositas tua necessaria quidem mœæ epistolæ reprehendit ut prava, reliqua vero velut infana projecit, melius est me acquiescere tuis quam te illis quæ mea fuit desiderare. Tamen vel hoc unum tibi placeat quæso, quia iter Domini mei religiosissimi & communis nostri fratris Pauli Episcopi non fet superfluum, fed utile ad universitatem. Verisimile est enim eosdem ipsum obtinere aliquid quod non discrepet a nostra sententia. Propositiones enim meas illas decem, quas communiter compoluimus, portans recellit. Et verisimilis est quod vir ille velut majorem quam fatisfactionem perficere super eas impetrabit. Amat quippe colloquium multas difficultates adimere. Si igitur aliquid votivum per gratiam Dei obtinere merueri, bene se habet. Aliis, communiter nobis deliberandum est quid agi oporteat.

CAPUT LXXVIII. ...166

Epistola Davobri Metropolitani Mesiæ & ejusdem provinciæ Episcoporum ad Joannem Antiochenum Patriarchem de ipsa legatione Pauli ad Alexandrium pergenti.

BEneditus Deus, qui & olim fub Apostolorum temporibus novum & benedictum nobis, quasi aroma quoddam, id est, a vestra metropoli in omnem orbem terrarum diffudit, ut Christiani vocaremur, & nunc autem fcilicet adversario evertere orthodoxias confessiones, mox vos armavit solo divino, & opposuit contra omnis machinamenta nequissimi, nit nostra, quæ a patribus ad nares nostras missi est, hereditas fidei inconcussa fervetur, quo ipse & nunc illudum exercentes omne fatigamini, omnia propter Dominum sustinentes; ita ut debili corpore ad Deo amicissimum iter assumeretis Arcacium, & per eum Deo amicissimum constituistis nostrum Ennesiorum civitatis Episcopum Paulum dirigeretis, & eum fic transmiseretis Ægyptio sicut medicum ad languentem, quin potius, ut arbitror, putridum, ut in ipso providentiam sagacem ecclesias fiere notisti ortisti transmittatis. Hæc namque universa per literas vestræ prospici agnovimus sanctitatis; & valde nobis quæ a vobis provisa fuit placuerunt, præcique vero circa hanc partem quæ cum ipsa cautela & recta nostra confessione curare angueri festinatis, ut dnæ naturæ Domini C Christi inconfusæ per confessionem dicantur, rationabiliter occasiones a ipsis qui recedunt a pietate fumuntur. Digneur vero amatris Christi fanctitas vestra, sicut & corpit, ante omnia ut illa pars pie confessionis nostræ munitur, neque aliquid

ANNO CHRISTI 411. qui quas incohatas Christi naturas negant, ne A ANNO CHRISTI 411. qui quas orthodoxe prædicant abjurentur ab eis, neque manus alter his qui labricati sunt percigant nisi scandala in scripta percéntint, anathematizantes capitula quæ impie ab eis exposita sunt & omnia quæcunque orthodoxæ piæ nostræ religioni & ipsi fubintroducere absque probatione tentarunt, & quæ introducta ab illis recepeunt, fubscriptionibus ea roborantes quæ alienæ sunt ab orthodoxa fide. Hæc non tamquam præcipientes scribimus, Deo amicissime, fed licut filii patribus damus confilium suggerentes.

CAPUT LXXIX. ...167

Ad manifestandam divisionem eorum qui cum Joanne Antiochenorum Archiepiscopo sentiebant, & eorum qui Nestorium cum eius dogmatibus, quæ & ipse negaverat, post ejusdem epistolam prosequuntur Irenæi, de quo sæpe diximus transforibunus, Quod ita se habet.

TErtia, *inquit*, pars hujus codicis continet illa quæ acta sunt in Alexandria, quando inter se confenserunt, & Cyrilli circa eas mandata ut tes, & Pauli ad eum impias pactiones, & ut in summa dicatur, ea quæ ante hunc gesta quam Paulus & Arisstolas ad Antiochiam remeraut. Postquam codicis partem ea quæ de ipsa Antiochenorum (Episcopus) primum per literas ubique scripsit, nihil eorum quæ cum Ægyptio eis compofita funt faciens manifestum facerdotibus orientis.

CAPUT LXXX. ...168

Epistola prima post Ecclesiæ scissuram, quam Joannes Antiochenus Episcopus per Paulum Emesenum Episcopum Cyrilli Alexandrino Episcopo pro pace facienda direxit.

DPie salvator & Dominus noster Jesus Christus & alia quidem mihi multa falutarium ipsa quoque tradidit discipulis suis, & duo ista, quæ quidem videntur esse ad invicem, quasi e regione contraria, omnem vero inter se consonantiam ferunt, dico vero pacem & bellum, bellum quidem pro temetipso & pro pia quæ de ipso est confessione, pacem vero quæ ab eo est ad eosdem, secundum quam fanctorum consilium ipsa ubique fidelium una intelligitur Ecclesia, eorum qui inter gentes & barbaros nihil per totum mundum intellectum pium confecrant. Ipse vero potius requirebus est utendum per omnia sanctis in quibus bellum iniitur & suam nobis tribuit pacem: *Non venit mittere pacem in terram, sed gladium. &, Pacem meam do vobis.* Hanc tamen quidem diligenter pia in Christo confessio, hoc melius bellum est; & eos qui contentur salvos facere novit, dum non defendunt illa quæ fua sunt, fed illa quæ Domini. *Quando vero pia* (confessio intro) missa est, tunc idem sapientiam pax totius ecclesiastici corporis fales est. Hæc a me simpliciter dicta sunt, neque honoris amore, (Longe enim hoc a confuetudine mea est) fed ut offendam quia divisio quidem quæ contra te, Deo amicissime frater, in

a *Mesiffriano*] Maximo; de quo supra cap. LV. pag. 321. & infra cap. CVII. b *Archelaus*] Episcopus Mesopotamiæ, ut puta Lapsus. Certe non est Archelaus Episcopus Myrdi. Hic enim non adhæreba Nestorio sed oscillabat. c *Augustino*] Legendum, *Augustalis*. Nisi forte Augustales coloniarum. d *Defeffuerent*] Respondebant, *Videtur, defeffuerunt*, id est, conferunt alii Episcopi partem suam multæ quam Archelaus non cum fotoribus ipsi, ut ut scribitur sum tributerat quantum potuerunt insipiendum, ut ait Imperator Valentinianus I. Cod. Theodos. de *publicis Lectoribus*. e *Fuisseni*, qui fuit interpres & nuntius pacis. Vide libro pag. 321. f *Dicemus* supra cap. LIV. pag. 320. & cap. LX. pag. 330. sed tantum dicuntur.

a tempore facta est pro veritate magis, non pro re aliqua corporali, nec inimicitias vel pusillanimitate provenisse. Erat enim quædam nobis ad invicem amplius quam aliis fellicet circa nos diletio & affectus; quem licet secundum facici affectum non plantaverat colloquium, fed unitio rerum valde optime atque firmissime sufficienter que contigere. Sed accepi discordiæ causam illorum capitulorum transmissionem, quæ utinam nunquam fuisset, effectam. Credere enim mihi tua i Deo amabilitas debet quia in tantum nos ob hujusmodi causam non fet putaremus tua hæc esse inter ipsa principia, (& utique forsitan cognovit id fanctitas tua ex epistolis nostris, quæ ad aliquos scripsi effent) fed aliquos eorum qui non illa quæ nostra sunt, id est Ecclesiæ, fapiont. Et hoc, inquam, suspicati sumus, super eis valde turbati. Quorum capitulorum non modica falvatio facta est. Et ipsem vero adhuc nobis prestant perfectæ fanationis ea quæ nuper a te, Deo colendissime, scripta sunt: quæ directa quidem sunt ad Dominum meum Deo amicissimum, communem patrem Acacium, fatisfacverunt autem cunctos qui sunt pacis ecclesiasticæ amatores; super quibus & nos nimis lumus super modum affecti, licet conjuncta essent multis quidem, quod attinet, fraternis accusationibus; præstabant enim nobis fatisfactionem quandam non modicam. Et indigent non multo addito tamen, quod ipse te petedemus effe promissis, illud scilicet: Quoniam cum pax fuerit facta, adhuc amplius excandificabitur quod ad fatisfactionem pertinet. Plus autem non illud latificavit, quia beati & commentis patris Athanasii epistolam prastissime suscepisti, quæ sufficiens est omnes discordias sofivere, eo quod non solum redge continet, fed & ob hoc quod ille, dum fide fit dignus, auferat confusiones eorum, qui ante nobis hic interpres, cui merito debeat credi tilius fidei quæ in Nicæa a patribus sanctis exposita est, eo quod fint quidam vel eorum qui intra Ecclesiam sunt, vel illorum, qui foris Ecclesiæ, qui profterant eam tamquam quoddam tragmum juvamen ferat hominibus, divertat vero eorum quæ impia sunt quorundam ad proprium sensum & ad id quod limpiteior unicorum quæ pitt. Sufficit hoc tantummodo dicere. His igitur bene inchoatis, illa per [illegible] nos ad invicem fuerat facta; diversitas ac reliqua jam quiescant, illa vero quæ ad pacem pertinent maneant. Occurramus laborantibus per universum mundum populis per diversas opinionis, quibus hæc atque illuc diffrahuntur, dum nephi eos diffrahentium nefciant neque quid loquuntur, neque de quibus affirmant. Extendint enim ubique anathematismorum nimbi ingenti numero, & contumeliæ quas fratres adversus fratres & facerdotes adversus facerdotes exquirunt, & in populos populi. Nam alii quidem Judæos nominant Christianos. Est Apollinarii illa contumelia contra universalem Ecclesiam, quem cum fenfiet ejus pluribus fcripsisse. Illi enim impios & adversarius Dei oppugnantes errores suos, dico autem patres Ecclesiæ, Judæos nominare minime reverentur. Alii vero illos paganos gentilisque deteriores appellant, qui forsan pagani sua cum communionem sumperunt ineffabilium mysteriorum. Et nihil est aliud videre fieri per omnem terram nisi perturbationem bellumque infandum & iram irrevocabilem & crudelitatem quæ omnes superat inhumanitatem barbaricam. Et non est

a *Sacerdotes*] Ibas in epistola ad Marim Persam scribens de chilismate exorto inter Episcopos poli damnationem Nestorii, ait: *Et propter hoc multa scripsita inter eos facta est, & in commotione erant Episcopi adversus Episcopos & populi adversus populos.*

ANNO CHRISTI 451. qui condoleat super contritione Sophej, invicem A voluptatem præstantes hostibus pietatis. Et hæc dico non velut illos quidem incolpans, hoc vero a culpa excipiens, fed omnia deputans confilioni quæ facta est propter peccata communia. Proficiant namque evangelio. Et pagania atque hæreticis imminentibus necessaria contra nos pietatis inimici defaviunt; qui præsentia perturbationis tempus amplexi, impudenter omnia corruperunt. Unde ipsumet Christianitatis reverentia concitata est, inimici vero Dei lubito fonuerunt, levaverunt caput super populo Dei, & adversum te cogitaverunt consilium. Propter hæc omnia mesum fratrem, tuæ vero Deo amabilitatis dilectorem, Dominum meum sanctissimum Episcopum Tarsium ego & Dominus meus sanctissimus Episcopus Acacius invitavimus, ipse vero liberter aspuit, ut ad vestram perveniret sanctitatem, ut qui semper inter ecclesiasticos exstitit clarus, & fideus rebus competens & sobrius, & habens ad Dominum reverentiam; qua utens præclare fapius in commune profuit, regente se Deo. Magis vero prodest propter eam quæ sibi inferta est devotionem. Hinc adfpicere ignare fuaviter, confidenter te (et) commitens tamquam mihi; & tamquam si ego, ita fiducialiter te tibi ipse committet. Et una confideretis illa quæ mundum recolligere valeant. Non enim tantum vel me vel te confiderare (debet) Deo amabilitas tua quantum quomodo abfatis scandalis in semetipsum reverteatur pacte ad Ecclesiam Christi; ut hic factis, & ea quæ placeant piissimo amatori Christi Imperatori de ecclesiastica pace proveniant.

CAPUT LXXI. ...169

Epistola Theodoreti Episcopi ad Alexandrum Euphratesia provincia Metropolitanum. Irenaus dicit.

MUrmurando nos aliqui pulsant propter opiniones quæ veniunt ex Ægypto, reverteri nos arbitrantes si liberemur a cunctis, & nesciunt qui quies a nobis valde diligitur, dulcior est cunctis quæ in hac vita delectant. Ubique adeo enim desiderantur ut ab aliquo alicujus impulsione ad hanc currere cupiffemus, nihil terror eos illius B judicis prohibere. Quia vero id ita fieri minime tutum est, fustinet necessitatem voluntas, ut desiderio cum venia perfruatur. Quia igitur quæ diffunt rumor multa fant atque distantia a veritate (& nata) animam perturbant, tuam fanctitatem quoso ut quæ vera funt nos per literas doceas; quæcunque ad hoc ipsum nos preparantes aperuimus. Nam & cum pietate desiderantes parem, & cum iniquitate ac impietate refugimus.

CAPUT LXXII. ...170

Epistola Andreæ Episcopi Samosateni ad Alexandrum Episcopum Hierapolis.

DRecollligit quidem sanctitas tua ordo ab ipsis initiis inter ecclesiasticæ causæ. Ego vero ex literis quæ modo accepi non eundem procollligam, sed omnium clarum. Manifestæ causæ habeo; & quæ quidem fint recollligam non ex eis, ipsiis ponere. Scias autem sanctitas tua quia suave fit nihil, sed Alexandrinus quidem, sicut apparet, C neque permanere aliquid vult eorum quæ fiunt male conscripta funt, neque transire a proprio fensu. Et ideo nihil ab Ægypto in tanto tempore scripserunt per epistolam qui profecti funt. Nos vero, esti multoties milites persistat in impio dogmate, contenti sumus his quæ olim per epistolam ipsiis fiunt, quæ integræ orthodoxiam prædicant. Talia quidem præsentia funt. Qualem vero habeant finem, & cuisque ad quid fit statuta perditio, noverit Deus omnipotens. (Dum) vero indigne mortalem non prædicant eum, & ipsiis qui in impietate fiuciarum gerunt; dum qui eos pascere videntur, studiose illos incitantes exercent, non ad blasphemiam solum, fed ad omnes impudentias atque malitias. Et qui non confenfiri, impius & Dominum negans ubique prædicatur & multarum millium mortium dignus. Et hi vero qui olim quidem nec ferebant hujus impietatis audientum, incongrui nunc & fegnes fafti, pene ubique ad reprehendendo hæc quodam modo cefferunt, atque ipsi quoque curvati funt, ne forte & illa quæ adversarii proferunt bene fa habeant requirentes, & illos maxime qui valde primogi hæreticis dedebantur pro orthodoxia certare; videntes ad aliud declinantes, & pacem ad illos amplexos. Et super his quidem Ecclesiæ calamitatem gemimus, & nos ipsiis nodis ac die & aliis vero multis tristitias inheramus, eo quod præsens fit omnium temporum pessimum tempus. Et frequenter desideravi ob hoc in solitario loco alicubi devacanti tuæ colloqui fanctitati, & quidem nihil aliud agere, ferevero ac lamentati tantumodo tum pro his quæ dicta funt quam pro aliis quæ pene jam duri perdidici.

Hæc dum geruntur in oriente, pax in Alexandria facta est, Paulo ad Cyrillum Episcopum Alexandriæ dante epistolam pacis, & Cyrillo per eumdem Episcopum ad Joannem Antiochiæ Episcopum pacem epistolam transfinitione per Clericos suos. Quis vero culpantur aliqui orientalium quod de hac pace quasi alieno quam debuerant suspicati fint sive conspirpcerint, audeamus & Cyrilli Archiepiscopi post pacem diversi directas epistolas. Sic tamen etiam fratrides caldices debite & sincere cum Dei timore quæramus, & nidebimus puto qua nemo posit unam partem, eorum dumtaxat qui Theodoretos idem senserunt, de Nestorianis dogmatis suspicione culpare, qui tamen & alterum de Eutychianis dogmatis favore, si tamen non est ex ipsis partes, pati putarunt.

CAPUT LXXXIII. ...172

Epistola Arcii Episcopi Melitinensis ad Cyrillum Archiepiscopum Alexandriæ de pace quæ inter ipsum & orientales Episcopos facta est.

Hanc vero pro dogmatibus fuis proferunt sectatores Diofcori & Eutychis contra catholicos; ubi & addunt aliquid nomen Theodori Episcopi Mopsuestiæ.

QUoniam didici quod per gratiam Dei prava lueris orationibus, etiam præter præsentiam

ANNO CHRISTI 451. tiam corporalem, ut in Ecclesiis flatuerctur quod in studio fuit, & literæ Deo amicissimi & amatoris Christi Imperatoris venerint ad clarissimum & per omnia habentem virtutem mentis Tribunum Arifiolaum jubentes et unumquemque Episcoporum compellerent in fua Ecclesia anathematizare pollula Nestorii atque Theodori dogmata impietatis, gratias agens honorabili dominatori Deo, & multum pro vestro studio orans, scribo pro omnibus quidem fatisfaniis reverentiam tuam, & rogo celum tuum, qui fecundum Deum est, ut pro cunctis quidem æqualiter Ecclesiis cogites, & nec quamlibet Ecclesiam despicias, fed aut per vestram ipsorum præsentiam, aut directis aliquibus cum admiraindilimo & clarissimo Tribuno fidelibus atque refantibus viris ex tuis fodalibus, cogitur unusquisque publice anathematizare Nestorii & Theodori dogmata, præcipue hos qui dicunt duas naturas post unitionem, proprie unamquaque operantem. Eorum namque qui in Germania funt aliquos experimentatus inveni quibuscum duos filios dicere recusantes, at vero duas naturas dicere non abnuentes. Unde fi concedatur ut dicatur atque doceatur ab eis quia unaquaque natura per semetipsam operatur, & hæc quidem passa est, impassibilis vero illa permanet, nihil est aliud nisi duos iterum filios confiteri & partes induci. Rogo igitur incomparabilem tuam & devotam Deo animam, pervigila in cuiusvis Domino Christo tempus accipiens, & perfice Ecclesiarum sine scandalo ac sine cessatione velamus & unionem.

Ad hanc Cyrilli Episcopus illam de Ecclesiis pace dicitur epistolam rescripsisse quæ nota est, quamque infra stravetur loco & numero suo, id est,

CAPUT LXXXIV. ...173

Testimonium ex epistola Cyrilli Episcopi Alexandriæ ad Successum Diocæsarensis civitatis provinciæ Isauræ Episcopum secunda.

ET unus dicatur a nobis ungenitus filius Deivi- C carnatus & humanatus; non tamen duos filios esse ab his, sicutilis videtur) neque vero incarnatura metuisset verbi naturam, sed nec carnis in verbi; fed in proprietate quæ fecundum naturam utroque manente, atque intelligendo fecundum modum quem modo reddimus, inefabiliter & innarrabiliter unitos, unam nobis offendit filii naturam, verantamen, ut dixi, incarnatam.

Hæc falsæ intelligens qui putant unam incarnatam naturam ita dictam quasi ex duabus unam per unitionis compositionem factam. Hoc enim & continue sequenta verba & adjectum de natura hominis composita monstrant exemplum. Nullus enim mediis adjecit & hæc.

Non enim de solis simplicibus fecundum naturam vere dicitur unum, fed & de illis quæ per compositionem conscripta funt, five in idem conducta; qualis quidem res est homo ex anima & corpore. A Aliena enim specie funt alia, & ad invicem non consubstantialia; unita vero unam perfecerant hominis naturam; licet in rationibus compositionis differentia sefe fecundum naturam eorum quæ ad unitatem conducta funt.

Audiamus jam nunc quomodo dicas esse contrarium dicere duas naturas Christi post unitionem & dicere unam incarnatam. Et quia hæc ut dicit, impugnant se invicem, sunde amplius confus quia unam naturam post unitionem vult dici compositam ad negationem duarum. Nam post pauciilum ipsum epistolæ sic ait.

B Addisco autem quod super hoc & aliud fit quod in quæstionem venit. Qui enim dicit esse pati Dominum nuda, irrationalem facit & non sponteaneam passionem. Si vero quis dicat cum anima intellectuali pati cum, ut sit portanta passio, nihil prohibet dicere natura humanitatis cum passum. Si igitur hoc verum est, quomodo non dabinus duas naturas subsistere per unitionem indivisibiliter? Ego quisque dicit, Christo igitur nobis pro nobis unus est, nihil aliud dicit nisi Christo pro nobis passo natura nostra.

Hæc verba, quæ sunt omnino catholica, hæ facendas sibi quæstiones quæ sequuntur, & quæ sequentia quæ sunt per epistolam pacificam, paulo ante confessus, mox contra hoc infrose insipiendi verba producit.

C Repugnat iterum nihilominus hæc propositio his qui dicunt unam naturam filii esse incarnatam; & quasi unam id volentes ostendere, contendunt utique duas naturas subsistentes ostendere. Sed ignorantes quomodo quæ unque non secundum speculationem dici amant, hæc omnino in alteritatem, quæ in parte remota est & separata est, modis omnibus abscedant ab invicem. Sit autem nobis pariter ad exemplum fecundum non homo. Duas etenim etiam super eo naturas intelligimus, unam quidem animæ, alteram vero corporis. Sed partis dividentes intuitibus, & tamquam in pecuniabunibus subsistentes; fed mentis phantasiis intelligimus differentia, non per partes pronius accipere, neque vero apprehendere utralque incisionis permittimus ire virtutem, fed unius videlicet esse intelligimus, ita ut duæ jam non fint duæ, videlicet utrumque apud semetipsum, per ambas vero unum perficiatur animal.

Ubique Deum hic comparam animæ & humanitatem carni; atque ad hoc venit ut unum ex Deo & homine, factum dicerent animal. Unum vero animal unum genus est, una substantia, una natura, una etiam species. Nos vero non secundum solam speculationem duas naturas intelligi dicimus, ut ex utrique dici possit & una. absit. Nec rursus, ut ait, omnino in alteritatem, quæ in parte remota est & separata, modis omnibus abscedere ab invicem. absit. Nec vero dicimus quia in solis sub-

a *Iudicio*] Obscurum est quibus verbis. Lagus legit & explicat de Cyrillo, propter duodecim capitula. b *De pace*] Hinc locus collegit Lagus, ut Theodoretum quoque cum eo damnatus esset a Theodosio. Vide supra pag. 151.

a *Epistolam*] Habetur supra pag. 181. b *Testimonium*] Horum fragmentorum ex epistola secunda Cyrilli ad Successum excerptorum impugnatores illi centum Lapus Istranum amicum Nestorii, quamvis id dicat esse incertum. At illos esse non posse hac impugnationes hoc ex indicio est quod ex calce illius capitis apparet ubi scriptus esse pro tempora Eutychis & Dioscori. c *Repugnat*] Hec epistola habetur integra ex alia versione in capite cxcv. libri synodici. d *Addisco*] Sunt verba Cyrilli, sed sumpta ex oppositionibus haereticorum. e *Sed partes*] Verba sunt Cyrilli tetranatis superioribus objectionem.

ANNO CHRISTI 431.

subtilissimi mentis phantasiis suscipimus differentiam, nec iterum quia per partes sint prædicandæ naturæ, neque abrupte per utramque incisioni permittimur ire virtutem, sed illa utimur ratione quam beatus Gregorius Nazianzenus Episcopus scripsit, quamque ipse Cyrillus Alexandriæ Patriarcha in Ephesina synodo inter testimonia patrum cum reliquis approbavit Episcopis, dicens: quia in Christo, qui secundum deitatem suam coadimplet cum patre & sancto spiritu trinitatem, & conversa se habetque quam ipsa vere sanctissima trinitate. Sicut enim in trinitate divinitatis humanitas non proprietatem numero personarum, & sicut ibi versus trium numerus subsistentium personarum divinitatis singularitatem minime secat, sic hic naturarum subsistentium numerus singularitatem subsistentis personæ incidere non potest. ac per hoc sicut ibi una trium subsistentiarum non est persona, sed natura, sic hic una duarum naturarum non naturæ, sed persona subsistens. Subsistere vero dico quod nec accidens sit, sicut dicitur pars civitatis & populi, nec translatitia, sicut vicem suscipiens alterius alter agit utilitates & causam alterius. Nam quia unam naturam Christi ex duabus factam fuisse per mistionem ipsæ adeo non dicere licet sit inter Apollinari & ipsius sectatores, quibus ante damnationem sic quam nascerentur ex Maria nunc sermo fit, beati Ambrosii Mediolanensis Episcopi enim dignissima scripta testantur, viri apud Ecclesiam Dei ultra cæteros Episcopos famosi, & quem pro meritis suis non solum, catholici sed cæteri principes ejus temporis ubique omnes sunt veriti sacerdotes, cujus etiam testimonio Ephesina synodus usa est. Dicit ergo Ambrosius in libro contra dogmata Apollinaris scripto inter multa similia & hoc. Et hos igitur qui in phantasmate venisse Dominum Jesum Christum prædicant & illos condemnare debemus qui diversa erroris linea non unum eundemque filium dicunt, sed alium esse qui ex Deo patre natus sit, alium qui sit generatus ex virgine, cum evangelista dicat quia verbum caro factum est, ut unum Dominum Jesum Christum, non duos, crederes. Nonnulli etiam aliud Dei verbum, aliud Dei filium crediderunt, cunt ipsum qui in principio erat verbum apud patrem in fuit propria venisse evangelista testetur. Sunt autem qui tamquam ad unum Prophetarum, ita ad Christum factum verbum arbitrati sunt, non ipsum esse Dei verbum. Sed de nullo Prophetarum dictum est quia verbum caro factum est. Nullus Prophetarum abstulit peccata mundi. Nullo Prophetarum legimus quod sit dominus majestatis, quod de Christo Apostolus dixit quia Judæi dominum majestatis crucifixerunt. Sed dum hos redarguimus, emergunt alii, qui carnem Domini dicunt & divinitatem unius esse naturæ. Quæ tantum facrilegium inferna vomuerunt? Jam tolerabiliores funt Arriani, quorum per istos perfidiæ robur adolescit, ut majore contentione afferant patrem & filium & spiritum sanctum unius non esse substantiæ, quia illi divinitatem Domini & carnem substantiæ dicere tentaverunt. Deinde cum illi dicant quia verbum in carnem, capillos, sanguinem & offa conversum est & a natura propria mutatum est, datur illis locus ut divinitatis carnis ad similitudinem divinitatis quadam facta divinæ naturæ mutatione detorqueant. Sunt etiam qui in tantum impietatis prodierint ut putent quia divinitas Domini circumcisa est, & imperfecta de perfecta facta est, & in ligno non caro sed illa operatrix omnium subsistantia divina in carnis species coagulata pendebat. Quis autem non horrescat qui audiat quia non ex Maria virgine, sed ex divina subsistantia passibilem sibi carnem fecerit Dei verbum? Quod asserendo ego non solum, ut non, ex tempore corpus Domini esse subsistum, sed carnem Dei verbo semper fuisse contendant. Horum omnium auctores sunt qui divinitatem & carnem Domini unius naturæ fuisse dixerunt. Legi enim, quod non crederemus nisi ipse legissem, legi inquam in quibusdam libris hic positum, & organum & eum a quo movebatur organum, unius in Christo fuisse naturæ. Quod ideo posui ut ex scriptis nonnen deprehendatur auctoris, & advertant quamvis cognitissimis argumentis & phaleratis sermonibus non posse vim veritatis obduci. Et hic mihi frequenter Nicæni Concilii tractatum se tenere commemorat. Sed in illo tractatu patres nostri nori carnem, sed Dei verbum unius substantiæ cum patre esse dixerunt, & verbum quidem ex paterna processisse substantia, carnem autem ex virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Nicæni Concilii nomen obtendiur, & nova inducuntur quæ numquam nostri senfere majores, cum utique scripturæ dicant quia Christus secundum carnem passus est, non secundum divinitatem; scripturæ dicant quia virgo in utero accipiet & pariet filium. Accepit enim virtutem, & peperit filium, quem & ipsa suscepit. Denique hoc etiam Gabriel proprio sermone declarat dicens: *Et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Dei filius.* Ex te, inquit, ut secundum hominem quod ex ipsa nascerentur adverteres. Ex te enim generavit Maria, ut quod generaretur ex ipsa, in eo, salva generationis dominicæ prærogativa, corporis est vera natura. Sed & Paulus dicit se prædicti natum esse in evangelium Dei, quod ante, inquit, promiserat per Prophetas de filio suo, qui factus est ei ex femine David secundum carnem. Et ad Galatas: *Postquam autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere.* Et ad Timotheum dixit: *Memor esto Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David.* Ergo ex nobis accepit quod proprium offerret pro nobis, ut nos redimeret ex nostro, & quod nostrum non erat, ex suo nobis divina sua largitate conferret. Secundum naturam igitur se obtulit nostram, ut ultra nostram operaretur naturam. De nostro sacrificium, de suo præmium est. Multæque in eodem & secundum naturam inveniens & ultra naturam. Secundum conditionem corporis in utero fuit, natus est, lactatus est, in præsepe est collocatus. Sed supra conditionem virgo concepit, virgo generavit, ut crederes quia Deus esset qui novabat naturam, & homo erat qui secundum naturam nascebatur: ex hominis. Ergo si caro omnium & in Christo subjacuit injuriæ, quomodo unus illa cum divinitate dicitur esse substantiæ? Verbum & caro, quæ de terra habet naturam, & unius substantiæ verbum atque anima, qua perfectam naturam suscepit humanam? Unius autem substantiæ verbum cum Deo secundum paternam professionem & ipsius Domini affirmationem, qui ait: *Ego & pater unum sumus.* Unius ergo substantiæ pater cum terreno corpore prædicatur? Et adhuc indignamini Arrianis, qui dicunt filium Dei creaturam esse, cum ipsi dicatis patrem cum creaturis unius esse substantiæ? Quid autem dicitis aliud dicendo illa nisi ut sur limum Adæ terramque nostram divinæ substantiæ compareis, aut certe divinitatem in terrenæ corruptelæ injuriam transferatis? Dicendo enim quia verbum caro factum est, in terram dicitis utique esse conversum, quia caro & offa de terra fuit. Scripturæ est, inquiunt, quia verbum caro factum est. Scriptum esse non nego, sed confiteta quid sequatur. Sequitur enim: *Et habitavit in nobis*, hoc est: illud verbum quod carnem suscepit, hoc habitavit in nobis, hoc est, in carne habitavit humana. Et ideo Emanuel dictus est, hoc est, nobiscum Deus. Hoc ergo est, *verbum caro factum est*, pro eo quod est, homo factum est. Sicut etiam Johel dixit: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* Non enim super irrationabilem carnem, sed in homines futura promittitur spiritus effusio. Et si fecundum literam vos teneris, ut quod ait ex eo quod scripturæ est quia verbum caro factum est, verbum Dei in carnem esse conversum, numquid negatis scripturæ esse de Domino quia non peccatum fecit, sed peccatum factus est? Ergo in peccatum conversus est Dominus? Non ita: sed quia nostra peccata suscepit, peccatum dictus est. Nam & maledictum dictus est Dominus; non quia in maledictum conversus est Dominus sed quia nostrum suscepit in se maledictum: *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Miraris ergo quia scriptum est, *Verbum caro factum est*, cum caro assumpta sit a Dei verbo, quando de peccato quod non habuit scripturam est quia peccatum factus est, hoc est, non naturam operationemque peccati, utpote in similitudinem carnis peccati factus, sed ut peccatum nostrum in sua carne crucifigeret, suscepitque pro nobis infirmitati obnoxium corporis peccati carnalis assumpsit, Desinant ergo dicere naturam verbi in corporis naturam esse mutatam, ne pari temperatione videatur natura verbi in contagium mutata peccati. Aliud enim est quod assumpsit, aliud est quod assumpsum est. Virtus venit in virginem, sicut & angelus ad eam dixit: *Quia virtus altissimi obumbrabit te.* Sic natum est corpus ex virgine. Et ideo celestis quidem descendit, sed humana conceptio est. Non ergo cadem carnis potuit esse divinitatisque natura.

Licet hæc lectio, tota sufficienter notet hæresim quæ unam ex duabus dicit in Christo factam naturam, finis tamen ejus quasi e contrario ab hac tenentibus nunc usque dementiam. Non minus vero & præfatas dementes lectiones, quæ non solum in epistola ad Successum secunda, sed & in epistola ad Acacium Melitinensem & Eulogium facent. Et in aliis vero pluribus ante pacem scriptis similia continentur. Sed hoc plus est hic, quia & post pacem contra universæ Ecclesiæ fidem illa dicere venisse reperiuntur propter quorum subsistionem mota fuit universa litigia. Ergo qui Theodorctum culpant de epistola ad bona intentione scriptam, si tamen ejus sint, per gra-

a Ex hominis] Postea nonnulla sequuntur apud Ambrosium quæ audisse illic prætermisit. Vor autem omnium, cuius paulo post illhic legimus, extat etiam in codice Colbertino. At in editionibus legitur, *omni*. Postea legendum est: *ipse subsistentia. Et enim unus subsistentia verbum & caro, quæ de terra habet naturam, cum unius subsistentiæ substantia verbum atque anima, quam perfectam naturam suscepit humanam.* Quamquam codex Colbertinus sæpe simplicior, *ipse subsistentia. Verbum & caro, quæ de terra habet naturam, cum unius Deo.* b *Temperatione*] In editionibus & in exemplari Colbertino, *interpretatione.*

c *Ad Acacium*] Habetur supra pag. 181.

d *Eulogium*] Presbyterum Alexandrinum. Vide supra pag. 187.

a *Ipse in Christo*] Non sunt ipsa verba Gregorii Nazianzeni, sed auctoris librum impugnantium. Vide supra pag. 181. b *Ipse est*] Supra pag. 68. & 202.

c *Contra dogmata*] Sit in libro de incarnationis dominicæ sacramento cap. 6. Hunc librum ad Theodosium Imperatorem scribens Sancti ab Episcopis Italiæ decem antistites supra cap. XXXIV. d *Quibusdam*] Vulgatæ editiones, quibus hic utimur, & Colbertinus codex *quibusdam*, quod nullus est. Sed quod posteriores legunt, *ut ex scripturis*, nullus est etiam quod habent editiones, ex *scripturis*. Codex Colbertinus habet, *ex scripti.*

gratiam Dei offendere poterimus, aut contra Ambrosium dicant non esse hæresim dicere unam naturam Christi post unitionem tantummodo, & sequacibus Eutychis atque Dioscori aperte jungantur, ac secernantur a cæteris, aut certe non reprehendant quæ nesciunt quomodo Theodoretus diverse, ac alterius, quam venerantur, quæ scimus quomodo dicta sint; damnare omni rationis consequentia compellantur. Si enim de utrique non tacere partibus præ timore Dei, sed utræque voluntrimus humana præsumptione discutere, ad utriusliber impietatis omni necessitate rationis præcipitamur abrupta, & quod est deterius, si unam naturam ex duabus post unitionem bene posse dici putemus in Christo, pariter quoque andeamus de mortui judicare, quomodo non borremus dicere quod reclamantes Ambrosium, quasi pietatem pro gravissima impietate damnet, sicut & alii plurimi patres. Sed jam ex ipsius Cyrilli Alexandriæ Archiepiscopi dictis problemus quod hæc ipsa ante pacem prædicaverit quæ post pacem.

CAPUT LXXXV. ...173

a Cyrilli epistola ad Theognostum & Charmosynum Presbyteros & Leontium Diaconum Constantinopoli degentes, Apocrisiarios suos.

CYrillus Theognostio & Charmosyno Presbyteris, & Leontio Diacono, in Domino Jaluteu. De omnibus rebus scribimus vobis. Dominæ tamquam nihil agnoveritis sic scribitis, turbis nos replentes. Scio igitur scripsisse me vobis quia bene b fenisimus & Dei colentissimus Acacius Beriræum per adhortationem aliquantam de oriente reverentissimorum Episcoporum scripsit ad me per Dominum meum magnificentissimum Arittoliam quia oportet omnia obliterari quæ c in cordibus vel epistolis scripta sunt, & solo Symbolo esse contentos quod in sancta Nicæna synodo expositum est. Ego vero ad hæc multorum versum d epistolam recripsi ad eum, quam & utique mo do omnibus accepistis. Hoc enim edocuit dilectissimus Eulogius Presbyter. Et nunc vero veniente reverentissimo Emesenæ civitatis Episcopo Paulo ad Alexandriam, omnia sunt formata, luaviter quidem atque pacifice, cante vero, sed licuit oportuit. Nec enim e depositionem Dei colentissimi Episcopi Maximiani recepimus aut communicatores habere aut absolvere (a sententia) quæ probata est super eis. Neque simpliciter prætaxta Paulo communionem dedimus pro ea, perlona tantummodo, nisi obtulisset prius chartam, confitiens quia Dei genitrix est sancta Maria, & quia anathematizat Nestorii dogmata. Sumens vero f dixendi in Ecclesia locum, magna voce dixit: *Quia Dei partiem sanctam virginem confitimur, & quia anathematizamus eos qui non dicunt hoc, & quia nunc filius Christus & Dominus, non duo.* Quia vero non venit chartam habens quod anathematizare Joannes Nestorii dogmata, & cohibiteretur g NAD ab quod ipse dicebat quod habetes, sed erant simpliciter epistolæ quæ ab eo directæ sunt nihil necessarium habentes, dixi quia non ci possimus communionem reddere antequam faciat hæc. Dum vero vidissem falsidentes eos ob hoc, h de ipsum reverentissimum Episcopum Paulum nimium coarctatum & Dominum magnificentissimum Tribunum & Notarium Aristoliam, solutionem dans cauſæ, & ne pacem refutare putaremur, dum cauſa perditionem adhuc longe trahereturi, scripsimus communicatorias literas. Dictata est vero charta cum consilio reverentissimi Episcopi Pauli, in qua debet subscribere & Antiochenus. Et mihi cum admirandissimo Arittoliæ Clericos, ita ut si subscriberet Joannes dejectioni vel damnationi Nestorii & anathematizaret dogmata ejus, daret ei communicatorias literas, alioquin detineret eas, suscipiente cum juramento admirandissimo Arittoliæ quia charta ipsa minime perderetur. Dixit autem. Quia si noluerit subscribere, resto cursu Constantinopolim petam, & edocebo ipsum piissimum Principem nostrum quia nihil paci obstat Alexandrinæ Ecclesiæ, sed Antiochenus est qui non diligit pacem. Nullum igitur æstuare fratuis. Non enim sic deliramus ut anathematizemus quæ nostra sunt, & in his quæ conscripsimus permanemus, & eadem sapiemus. Recta enim sunt, & quæ accufari non debeant, & scripturis divinis consona & fideique a sanctis patribus nostris exposita est.

CAPUT LXXXVI. ...174

Epistola Joannis Episcopi Antiochiæ ad Theodoretum Cyri Episcopum de pace inter Ecclesias facta.

SAnctum clementiæ vestræ studium, quo ad reparationem pacis ecclesiasticæ synodum habere voluistis, adeo libeater accepi, ut quamvis eam fieri intra Italiam popositissem, & aptius expedari tempus quæsitum, quo scilicet plurimi possent episcopi etiam de longinquis provinciis evocari, mox tamen, ut mihi pietatis vestræ scripta fuere tuæ, & Bonifacium de coepiscopum meum ab urbe directum, & de episcopis fratrum meum Palchasinum de Sicilia fecerim navigare, qui vicem meam sufficienter impleremt, dasis per eoldem epistolas ad eos qui legationem ante suscperant, ut ipsi quoque prædicti ad implendas partes meæ præsentiæ jungerentur. Unde quamvis nimis arctus dies synodo fuerit conflatuus, spero tamen adjutorum omnipotentis auxilium, quo omnia volcanti ad præsinitum tempus occurrere, & unanimiter cum sanctæ fraternitatis assensu, quæ universali ecclesiæ congruant, definire. Compesta enim, vel remota inquietudine ac praviras procorum, facile firmabitur probanda concordia: si in eam fidem quam evangelicis & apostolicis prædicationibus declaratam, per antiquos patres nostros accepimus & tenemus, omnium corda concurrant, nulla penitus disputatione cujusquam retractationis admissa, ne per vanam fallaciam verbositatis aut informa videantur, aut dubia, quæ in ipso angulari lapide Christo fundata sunt, & sine fine manent; hoc nobis indefinenter orantibus, ut a fraternitatis vestræ fidei nemo inveniatur alienus, sed damnata impietate haereseos, nullum de perditione cujusquam catholica ecclesia sentiat detrimentum. Quod autem pietatem vestram de his, per quos meæ mitti epistolas, obtecrari, nunc quoque simili fiducia precor: ut vice mea acturos, commendatos per omnia habere dignemini, qui facilius ac diligentius, quæ optimo fidei vestræ ordinata sunt studio, salubri implenatur effectu. Data decimo quarto Kalendas Augusti, Adelphio viro clarissimo consule.

Epist. 52.

Sentel defiuit ab illo fuisse in illo synodo.

Epist. 53.

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ salutem.

RIgidam clementiæ vestræ solicitudinem, quam catholicæ fidei indefinenter imperditis, per omnia secunpotico, & Deo gratias ago, quod tantam universitatis ecclesiæ curam habere vos video: ut quod justitiæ & benevolentiæ congruere arbitror, confidenter infinuem, quo celerius, quæ propitio Christo piæ vestræ studio irreprehensibiliter laudatus gesta sunt, ad gravidandum perducantur effectum. Quod ergo synodum Chalcedonensem haberi clementia vestra præcepit, cum a me, ut in Italia haberetur, manifestodo vestra retinet populatum, ut omnes nostrarum partium convocati antistites, si fecuritas temporis fuppeteret, coaveniret, adeo tamen non ab permatec accepi, ut biduo de coepiscopis meis de comprovinciis ordinatorum, qui vicem meam implere sufficerent, etiam datis ad venerabilem synodum congregantibus fratribus, quibus fraternitas advocata cognoscere, quam firmum fervere in hac dijudicatione deberet: ne nulla temeritas aut fidei regulis, aut canonum flatutis, aut benignitatis remedia obviaret.

Sicut enim a principio hujus causæ frequentissime scripsi, hanc inter dilcordes sensus & carnales emulationes moderationem volui cultodiri, ut integritati quod fidei nihil evelli nihil liceret apponi, ad unitatem vero pacemque redintuibus, remedium veniæ præstaretur. Quia tunc operam diabolo pernitie deftruuntur, cum ad Dei proximique dilectionem hominum corda retrocantur: Sed quam contraria tunc his monitis atque obfecrationibus meæ acta fuit, multum est explicare, nec opus est epistolari pagina comprehendi, quidquid in illo fabulino non judicio, sed latrocinio potuit perpetrari. Ibi primates synodi, nec resistentibus ibi fratribus, nec contenientibus perpercunt: cum ad infringendam catholicam fidem, & ad excrabilem haeresim roborandam, alios privilegio honoris exuerint, alios conforitio impietatis infecunt: favioires profecto in eos quos perfuadendo ab innocentia deprauabant, quam in illos quos beatos confessores persequendo facebant.

Verumtamen quia tales sibi maxime fea insigniate nocuerunt, & majoribus vulneribus dilaceratione ecclesiæ fecerunt, nullus unquam epistolis definitivi, etiam talibus, ut persuaserent, veniam denegandam. Et quamvis incomunitabiliter indiscriminem Christianæ religioni haereseon desertum, ipsos tamen, si corrigantur, & digna se satisfactione purificent, ab ineffabili misericordia Dei non judicamus alienos: sed potest cum generibus gemmam, cum flentibus flemus, & fic utinam justitia commotionis, ut non amittamus remedia caritatis. Quod sicut pietas vestra cognoscit, non verbis solis promittitur, sed etiam fidelis doceat. Siquidem pene omnes, qui in consensum præsidentium aut traducti fuerant, aut coacti, relendendo quod fluctum fuerat ab illis, & condemnando quod scripserant, perpetuam culpæ abolitionem, & apostolicæ pacis gratiam sint adepti.

Si ergo clementia vestra propositum nostrum considerare dignetur, probabit me eo confilio cuncta gessisse; ut sine cujusquam animæ detrimento, haereleos tantum obtineretur extinctio, & ob hoc circa auctores favilliorum turbinum, quiddam confuetudinis minuisse, ut ad judaigentium pollutandam compunctione aliqua possit eorum tardatas excitari. Qui esi poli illud judicium fecum, tam impium quam injustum, non fuit catholice fratres nitatis ita honorabiles, ut fuerant, fens tamen ab hac obtinent feder, & episcopatus sui honore potiuntur: ant pet veram & necessarium fatisfactionem pacem ecclesiæ recepturi, aut si haeresim quod abiit) turbuntur, professionis suæ merito judicandi. Data decimo tertio Kalendas Augusti, Adelphio viro clarissimo consule.

EPISTOLA SYNODICA EPISCOPORUM GALLIÆ AD LEONEM PAPAM.

De eadem ipsius ad Flavianum epistolam, quam eximius laudibus ornant, eique in omnibus assentiri profitentur.

Domino vere sancto, merito in Christo beatissimo & apostolico honore venerando papæ Leoni, Ravennius, Rufficius, Venerius, Constantinus, Maximus, Armentarius, Florus, Sabinus, Valerianus, Constantinus, Nestorius, Hesychius, Stephanus, Maximus, Ursus, Ingenuus, Justus, Valerius, Superuentor, Chrysippus, Faustus, Veronius, Maximus, Acchorius, Eustolius, Eubachius, Fraternus, Victorius, Eugenius, Hilarus, Verus, Amandus, Gerontius, Proculiarius, Julianus, Helladius, Armentarius, Honoratus, Eparchius, Apronius, Antonius, Dynamius, Maximinus, Tuetitius, & Maximus, Palladius. Epist. 54.

PLeriatæ ad nos epistola beatitudinis vestræ, quam ad omnem pro catholicæ fidei affectione misistis, optatissimo fratrum apostolatui vestro pro tam imminente gratiarum actionem referre, nihi nobis difficultatem, quia insimum celeriter non possumus consuetæ, vel parati, quibus a nobis disparati famus, longe terrarum, vel aurarum quo in regionibus nostris præter confuetudinem fuit intemperies vitiatus. Det ergo apostolatus vestræ nobis veniam tarditati, qua non de otio, aut dissimulatione, fed de certa necessitate defcendit, quoque nobis, etsi celeritatis gratiam abbuliit, tardandi tamen tempus aliquod inferre non potuit. Exultavimus itaque, Christo propitio, lætis beatitudinis vestræ literis, & omni instructione paratis, omnes intra Galliae confinitione exultare mos fecimus, dolentes pariter pro his vobiscum, qui catholicæ fidei lumine derelicto, erroruin tenebras inciderunt. Quæ apostolatus vestri scriptæ, ita sa fiepe pro omni fidei, quisque ad confessionis fcramento non negligit tabulis cordis adscripsit, & tenaci, quo ad confundendos haereticorum erores parasiet sit, memoriæ commendavit. Multi itaque per te gaudentes parabit & exultantes, recognoscuntur fidei fuæ fontem, & ita fe semper ex traditione paterna tenuisse; et apostolatus expositi, ut fieri tenuit. Nonnulli fcilicitatis, qui beatitudinis vestræ admonitione percepta, modis omnibus se gratulantur instructos, datumque sibi occasionem gaudent, qua libere ac fidaciaiter, safeguante etiam apostolicæ fedis auctoritate, eloquantur, & affirmat unusquisque quod credit. Quia autem apostolatui vestro pro hac tanto munere, quod non solum Galliae, sed totum mundum vestiti quibusdam pretiosissimis gemmis ornavit, digna æstimet gratias posse perfolvi? Doctrinæ poli Deum vestræ debet fidelis, ut confiatur tenet quod credebat: debebit etiam infidelis, ut a perfidia fua agnita veritate discedat, & apostolicæ institutionis fuæ perfulus, erroris sui tenebrarde relinquat, magique sequatur, & credat, quod per os vestrum dominus noster Jesus Christus de fatamento incarnationis suæ docet, quam id tenent, quod diabolus hominæ falsitis & veritatis inimicus ingtillat. Optatissimus etiam ad filium vestrum gloriosissimum ac fidelissimum principem, fuper eadem cauia literas dare, quibus congratulantes fidei ipsius; humilitatis quinque solebat solicitudinem, quæ vos in Christo sequimur

proderemus; nisi ad nos de orientalibus partibus funtio perlato, fieri hoc minime necessarium putaremus. Meritis autem apostolatus vestri prius dominus præstitit, ut hæresis jaculis occulte nititum vestris temporibus proderet. Ad laudem enim solicitudinis vestræ pertinet, quod malorum error latere non potuit: ad gloriam fidei redundat, quod prava persuasio patiatur, aut non latuit, aut inventos amisit. Respicit itaque, oramus, conservando apostolatum vestrum misericors dominus ecclesiam suam toto orbe diffusam. Vobis enim ita invigilantibus, & hi qui curam animæ sunt gerunt solicitiores in fide reddunturæ, & hi qui pauperes desides sunt, tanto ad solicitudinem accendunturæ exemplo. Quod nos ante octabas semper habentes, non desinemus dominum Deum nostro gratias agere, & pariter supplicare, gratulantes quod tantæ sanctitatis, tantæ fidei, tantæque doctrinæ apostolice sedi, unde religionis nostræ, propitio Christo, fons & origo manavit, auctitium esse dederit: petentes etiam, ut datum concessumque munus pontificii vestri longissima ad sedificationem ecclesiarum sanum atque custodiat. Nos autem, esti impares meritis, pari tamen fide, si quid, quod abfit, contra ecclesiam catholicam profana infestatione tentetur, parati sumus, confortante domino, cum beatitudine vestra pro veritate fidei animas nostras ponere, & vitam hanc auctori salutis nostræ, & largitori æternitatis impendere. *Et alia multa:* Ora pro me, domino mereente beatissime, & apostolicus honore venerande papa.

Rusticus episcopus apostolatum vestrum in domino venerans saluto, & ut dignetis pro me orare supplico oro.

Venerius episcopus te dominum in Christo meum reverentissime saluto, & ut dignetis pro me orare supplex rogo.

Constantinus episcopus beatitudinem vestram saluto,

Maximus episcopus beatitudinem vestram saluto, Armentarius episcopus beatitudinem vestram saluto.

Florus episcopus beatitudinem vestram in domino venerans saluto, & ut ores pro me plurimum quæso,

Sabinus episcopus beatitudini vestræ me repræsento, & orationem apostolatus vestri nostri mecum quæso.

Valerianus episcopus beatitudinem vestram saluto.

Nectarius episcopus beatitudinem vestram saluto.

Constantius episcopus beatitudinem vestram saluto.

Maximus episcopus apostolatum vestrum saluto.

Ego Alcidepius episcopus apostolatum vestrum venerans in domino plurimum saluto.

Ego Maximus episcopus apostolatum vestrum saluto,

Ego Ursus episcopus beatitudinem vestram saluto.

Ingenuus episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Justus episcopus coronam vestram venerans saluto.

Valerius episcopus apostolatum vestrum saluto.

Ego Superventus episcopus coronam vestram venerans saluto.

Venus episcopus apostolatum vestrum reverenter saluto,

Helladius episcopus sanctitatem tuam in domino saluto,

Ætherius episcopus sanctitatem tuam in domino saluto,

Eulalius episcopus sanctitatem tuam in domino saluto,

A Anonius episcopus sanctitatem tuam in domino saluto.

Chrysaphius episcopus sanctitatem tuam in domino saluto.

Petronius episcopus sanctitatem vestram in domino saluto, & ut pro me orare dignemini quæso.

Ego Pontejus episcopus apostolatum vestrum reverenter saluto, & rogo ut mei meminisse dignemini.

Ydatius episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Hilarius episcopus apostolatum vestrum plurima in Christo veneratione saluto.

Viduvius episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

B Eugenius episcopus beatitudinem tuam saluto.

Palladius episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Ego Fratrenus episcopus coronam vestram venerans saluto,

Ego Armandus episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Ego Gerontius episcopus coronam vestram venerans saluto.

Ego Proculejanus episcopus coronam vestram venerans saluto.

Ego Dynamius episcopus coronam vestram venerans saluto.

C Ego Julianus episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Ego Armentarius episcopus coronam vestram venerans saluto.

Ego Honoratus episcopus coronam vestram venerans saluto.

Eparchius episcopus apostolatum vestrum venerans saluto,

Ego Eusebius episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Ego Maximus episcopus apostolatum vestrum venerans saluto.

Ego Yoannius episcopus coronam vestram venerans saluto.

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

a *Spiritus Sanctus.*] E synodo aliqua missam epistopi *ipsi dicerent*, qui respondit *sacrissimum excedere, quod in unum civitas convenire non potuisset*, Rei autem quo ista synodus habuerit non indicatur, verisimile tamen est a Ravennio Anglasensi, qui synodo præfuit, Arelate præsidium fuisse conversatus. *Subscriptiones* ad calcem epistolæ, quarum unicum dumtaxat in vulgata legebatur; integras olim ex Nicolai Fabri codice descripsimus, qui in Thuana bibliotheca nunc extat.

EPISTOLA III. LEONIS PAPÆ I. AD EPISCOPOS GALLIÆ.

Gratulatur ipsis orthodoxam fidem, quam ex eorum literis cognovat. Erroribus Eutychetis & Dioscorum in synodo Chalcedonensi damnatos fignificat.

Leo Romanus urbis episcopus Ravennio, Rufino, Venerio, Constantino, Maximo, Armentario, Bluro, Sabino, Valeriano, Constantio, Maximo, Alcidepio, Nectario, Maximo, Ursio, Ingenuo, Justo, Valeriano, Superventuro, Chrysaphio, Pontejo, Petronio, Hydatio, Æthernio, Eulalio, Eusebio, Fratreno, Filibro, Eugenio, Hilaro, Vero, Amando, Geronto, Proculejano, Juliano, Helladio, Armentario, Honorato, Eparchio, Aemilio, Dynamio, Maximo, Yoannio, & Palladio, episcopis per Galliae constitutis.

Fratlemus quidem fraternitatis vestræ literas eo tempore quo promiseratis accipere, ut

ut profecturis ad orientem fratribus nostris, quos A ad sanctam synodum vestro nomine pro catholicæ fidei defensione direximus, etiam vestræ fententiæ professio jungeretur. Sed cum multa obstacula inopinatam nobis intulerint tarditatem, quamlibet feras, & diu expectatas epistolas per fratrem & coepiscopum nostrum Ingenulum gratanter accepimus: eaque cum gaudio recentemus, probavimus, fecit confidentiam, eruditione Spiritus Sancti certefteen in vobis vigere doctrinam: quam in orientalibus ecclesiis verituta hostis antiqui, per eos quos sequaces suos reperit, fallitaque fatigare conata est, cum catholica fides, quæ nulla fui est parte mutabilis, per ipsas adversantium executationes, & validior efficiatur semper, & clarior: operante hac gratia Dei, B in si qui forte ad hæc fabulisa inimici jacula declinanda minus erant instructi, minusque solicitti, perceptis veritatis armis fierent contra impiorum mendacia fortiores. Quod ergo, sicut cuiis pedebat, fidutam nostram, quam de vobis habemus in domino, fideliter atque obedienter sustiti, multa exultatione gaudemus. Et merito nos cognoscimus fratribus & coepiscopis nostris orientalibus intimasse, quod secundum evangelicam & apostolicam traditionem de incarnatione domini nostri Jesu Christi, una esset omnium nostrum & indifferens confessio, neque ullis eorum disputationibus detineri, ut aliter aliquid de summi & falutiferi sacramenti veritate sapiamus, quam & ex prædicatione sanctorum patrum, & ex authoritate incommutabilis symboli didicimus ac docemur, damnatis ab universali ecclesia, & nunc Eutyche, & antea Nestorio. Quorum si quis non ferendis impietatibus inhaerere delegerit, ipse fe a corpore Christiani unitatis abscidit. Non enim ultra jam cuiquam excusationis refugium de ignorantia & inficientia, vel de intelligentiæ difficultate conceditur, cum hæc ipsa fexcentorum fere fratrum, coepiscoporumque nostrorum synodus congregata, nullam aiteri tanscinantiam, nullum eloquium differenti cuiquam fundamentum fidei inspirare permiserit: quoniam anniitentibus per auxilium gratiæ Dei fratribus vicetitis nostris, quorum plenissima, quantum in omni solitione devotio, non solum sacerdotibus Christi, sed etiam principibus & potestatibus Christianis, cunctisque clericis, plebibus, ordinibus, plene atque evidenter apparuit, hanc esse vere apostolicam fidem, ex divinæ pietatis fonte manantem, quam sinceram, & ab omni fece totius erroris alienam, fuse accepimus, prædecessum, & universo jam mundo confentiente defendimus, extinctis toto orbe dogmatibus, quæ vel prædecessi hæreticus ausus est inferre, vel subsequens, diffinili quidem commento, sed impietate compari. Nam licet Nestorius non est toleratus, affirmant beatam Mariam hominis tantummodo fuisse genitricem, qui postmodum fit. a Verbo Dei susceptus, duabus scilicet naturis, & personis distinctis, ut neque ipse effet filius hominis, qui filius Dei, neque unus Christus in utraque natura, fed alter fempiternus ex Patre, alter temporalis ex matre: cum evangelica authoritate ita Verbum prædicet carnem factum, ut non duos Christos nec duos filios, fed in uno dominio Jesu Christo, & Dei & hominis nobis infinuet veritatem; ut utriusque substantiæ, id est falvantis atque falvatæ, nec propriatas possit confundi, nec persona geminari. Sicut ergo Nestorius in ista dogmate execrabilis, fic & Eutyches damnatum olim fectatus errorem, alia profanitate blasphemans, a catholice folii. *Coeli. General.* Tom. IV.

diratis compage resectatus est: quia indoctis quidam nimiumqui simplicibus persuadere tentavit, quod Verbum Dei ita caro fit factum, ut veram carnem de ventre Virginis non sumpserit, nec hoc tritillum generis corpus habuerit, fed divinitatis ejus & carnis unam esse naturam, ut unum dominum nostrum Jesum & fallum hominem, & Deum dicerat esse passibilem: quod nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti; ut aut in ista natura passibilis fineri deitas, aut in susceptione humanæ mentitia fit veritas. Quæ diabolicorum fensuum prodigiosa commenta sancta nunc synodus authoritatis nostræ scripsit, auctoritate domini mei beatissimi Petri apostoli & meritis roborata, reliquia unanimitate consentiens, abominando, ab omnibus catholicis damnavit. Dioscorus quoque Alexandrinum in ista impietate manentem; ne illa ecclesia, quæ inter ipsa evangelii principia beatum Marcum, beatissimi Petri apostoli discipulum, in omnibus utiq; doctrinis fui doctoris magisterio confoundatem, habuit fundatorem, quæque potea recentioribus a nostra state temporibus Athanasium, Theophilum, & proximo Cyrillum, probatissimos pontifices habuit, indignam captivitatem fub hæretici dominatione paeteretur. Unde fecundum magnam misericordiam Dei, universæ catholicæ ecclesiæ, quibus ecclesiam dominus commaebat moliras est, noveritis esse destructos. Reddite igitur Deo gratias, fratres carissimi, & dignam gratiarum actionem, & oret nobiscum vestra diecedito, ut fratres nostros, quos expectatio nostra desiderat incolumes quamprimum redditte laetemur, & de omnibus, quæ domino adjuvante funt gesta, plenius vos postimus informare. Nam fratres ingenulum nolumus hac expectatione tardari, cum ob hoc ipsum properantius remeare debuerit, ut diutius vobis effet incognita omnium materia gaudiorum: quæ volumus per curam dilectionis vestræ etiam ad fratres nostros Hispaniæ episcopos pervenire, ut quod Deus operatus est, nulli esse possit incognitum. Data Kalendis Februarii, Herculano viro clarissimo consule. ✓

JACOBI SIRMONDI S. J. NOTA POSTUMA, nunc primum edita.

D *Coepiscoporum Ingenuum.*] Ebordunensem Alpium nuncupatum, nonnemo pretentate monopolitanum appellat Hilarius Leonis fuccessor epistola vetus. *Nunc e synodo ista legatum vestrum Ingenuum nuncianit episcopi Galliarum. Tu cum duobus episcopis pontifice, simulque monente quid nostra effum fit in synodo Chalcedonensi, atque hac quæ fecisses, cum Hispanis communicari jubes: & hinc cuius conclamari videatur quod dictum, Leonis quoque jussis transmissum ad Hispanos fuisse epistolam ad Flavianum.*

EPISTOLA EUSEBII MEDIOLANENSIS EPISCOPI AD LEONEM PAPAM.

Scribit fe fidei ejus, quam ad orientem direxerat, affertioni cum aliis episcopis consentientibus subscripsisse.

Domino sanctissimo beatissimo patri Leoni Eusebius Mediolanensis episcopus.

REverti, domino annuente, fratribus nostris, quos ad orientem fidei causa solicite provida beatitudo vestra direxerat, decursiffiue literis quas per eos tua sanctitas destinavit, omni exultatione in Christo relevatus sum, quod effectum omnimisse fili legationis eoldem reportasse vestra pagina designavit. Nec mirum, quod dominus noster Jesus Christus catholicæ fidei, quam tenemus, majestatis sum gratiam custodiamque praestiterit: quando vos' vetor cultus fui affertores in apostoli fui sede prædilem collocavit, qui & recta fentire de incarnationis dominicæ sacramento, & eadem potestis rectius custodire.

Admo-

a Subscriptiones integras, ut fum in MS. codice Thuano, nunc Colbertino, Ravennius episcopus Arelatensis, Petronius Parisiorum, Hilarius Regensis, Gr. Hendunus.

b Ingenuus.

c Anno Christi 451.

Admonitis ergo fratribus & episcopis meis, habitoque conventu, vestrarum formam tenuimus literarum. Nam recensens epistolam beatitudinis vestræ, in sacerdotum domini concilio, quam sanctus frater & episcopus noster Abundantius, & comprebyter meus Senator detulerant, agnitaque eorum narratione, sicut scripta vestra significant, rerum gestarum ordine continuo requisitis est recitatque epistola, quam fidei affirmione plene digestam, ad orientem dudum sanctitas vestra transmiserat, quæ ad nos, ex vestra admonitione, fratrem & episcopum nostro Cyriaco ' mutuante pervenit, clarius eam planam ' fidei simplicitate fulgere, prophetarum etiam allertionibus, evangelicis auctoritatibus, & apostolicæ doctrinæ testimoniis, nitore quodam lucis ac veritatis splendore radiare, omnibusque sensibus convenire, quos beatus Ambrosius, de incarnationis dominicæ mysterio, suis libris Spiritu sancto excitatus inseruit.

Et quia omnia majorum fidei, nobis antiquitus traditæ, tota puritate conveniunt, domine sancte & beatissime pater placuit, omnibus, quorum subscriptio subter annexa nomina poterit declarare, ut eos, qui impie de incarnationis dominicæ sacramento sentiunt, quæ vis intellectus sui præferatur, a catholicæ fidei veritate recedentes, scipsos dignos abjectione fecerint, suo etiam consensu, auctoritatis vestræ præcedente sententia, damnatione congrua persequendos. Literarum ergo vestrarum formam secuti, modum præscriptæ ordinationis nos servasse, his per fratrem & episcopum meum Cyriacum missis ostendimus, loqueretur ut annuens domino, perfectis ambos, palmam fidei & consummati certaminis coronam quiete perpetua retinentes, hoc futuris memorabile sæculis relinquatis, ut ab hoc tempore præsentis, extinctæ impia fides tonitruantes videatur, ut vobis propagnatoribus ' in æternum profrata succumberet. *Ite alia manu* : Incolumem beatitudinem tuam summa divinitas ' adornet atque custodiat, domine sancte ac beatissime pater.

Ego Eusebius episcopus Mediolanensis ecclesiæ in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his, qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Pavonius episcopus Regiensis ecclesiæ in omnia supradicta consensi, & subscripsi: anathema dicens his, qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Majorianus episcopus ecclesiæ Placentinæ in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his, qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Cyprianus episcopus ecclesiæ Brixiliensis in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his, qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Quintus episcopus ecclesiæ Dertonensis in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his, qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Cilipinus episcopus ecclesiæ Ticinensis in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Maximus episcopus ecclesiæ ' Taurinatis ', in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Florejus presbyter, jussus a præsente Episcopo episcopo meo ecclesiæ Iporiensis, quia ipse propter infirmitatem subscribere non potuit, in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego ' Gradus presbyter, directus ab episcopo ' Eutharico ecclesiæ Augustinæ, vice ipsius in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Cypriacus episcopus ecclesiæ Laodensis in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Abundantius ' episcopus ecclesiæ Comensis in omnia supradicta consensi ac subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego idem Abundantius, pro absente sancto fratre meo Asimone, ' episcopo ecclesiæ Curiensis, ' vice ipsius in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Paschasius episcopus ecclesiæ Genuensis in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Heffor episcopus ecclesiæ Astensis, in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Simplicius episcopus ecclesiæ Novariensis in omnia supradicta consensi & subscripsi, anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Joannes episcopus ecclesiæ Cremonensis in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Octavianus episcopus ecclesiæ Brixianæ in omnia supradicta consensi, & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Justinianus episcopus ecclesiæ Vercellensis in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Quintus episcopus ecclesiæ Albinganensis in omnia supradicta consensi & subscripsi: anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

Ego Prestantius ' episcopus ecclesiæ Bergomatis in omnia supradicta consensi & subscripsi, anathema dicens his qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

EPISTOLA LIII. LEONIS PAPÆ I. AD ANATOLIUM CONSTANTINOPOLITANUM episcopum.

Gratulantur ei quod in Chalcedonensi concilio catholica fides, Eutychetis erroribus damnatis, explicata fuerit; deinde arguit, quod contra Nicænam synodum Alexandrinam atque Antiochenam ecclesiæ fili subdere voluisset.

Leo episcopus, Anatolio episcopo.

Manifestato, sicut optavimus, per gratiam Dei lumine evangelicæ veritatis, *Vide relignum in concilio Chalcedonensi, parte 3. num. 5.*

EPISTOLA LIV. LEONIS PAPÆ I. AD MARCIANUM AUGUSTUM.

Gratiæ agit quod ejus opera catholica fides in Chalcedonensi concilio expolita fuerit, Anatolii superbiam damnat.

Leo episcopus Romanæ & universalis ecclesiæ, Marciano Augusto.

Magno munere misericordiæ Dei totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia. *Pide relignum in concilio Chalcedonensi, par. 3. num. 6.*

EPISTOLA LV. LEONIS PAPÆ I. AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

De ambitu Anatolii.

Leo episcopus urbis Romæ, Pulcheriæ Augustæ.

Sanctis & Deo placitis clementiæ vestræ studiis & defensam contra hæreticos catholicam fidem, & universi, quæ ad ecclesiam pertinent, ineffabiliter cum vestra pietate gaudemus: gratias agentes misericordiæ omnipotentis Dei, quod exceptis his, qui magis dilexerunt tenebras quam lucem, nemiam pallus est evangelica veritate fraudari: ut abstersis erroris caligine, in omnium cordibus purissimum lumen oriretur, nec de infirmitate animis, sed de animis sanctæ fidei exultante inimicus, quem non solum hi, qui illaesi fuerant, sed etiam quos fecerat nutare, superaverunt: ut errore abolito, per totum mundum fides vera regnaret, *O' omnis lingua confiteatur, quoniam dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris*. Confirmato autem in unitate evangelii universo mundo, & in eodem Spiritu fensus directis cordibus omnium facerdotum, optimum fuerat, supra illa, propter quæ sancta est ipsa nodes congregata, & quæ, fecundum pietatis vestræ studium, probabili fuit fine conclusa, nihil quod tanto bono contrarium esset, inserri, nec per occasionem episcopalis concilii, id in commune apperi, quod non licuit concupisci.

Fuerat enim & episcopicus meus Anatolius parum confiderans, quanto pietatis vestræ benicio, & mei favoris affensu Constantinopolitanæ ecclesiæ sacerdotium fuerat consecratus, tam de adeptis gaviisus, quam de immodicis appetendis supra meam fuisse honoris accensus est, credens hæc tam intemperanti cupiditate posse prodelle, quod ei quorundam consensium præbuisse dicitur extorta subscriptio, cum tam destruendis mos constitutus, contra dictio fratrem & episcopicorum meorum vicem meam agentium, fideliter & laudabiliter obviaret. Quoniam contra statuta paternorum canonum, quæ ante longissimæ ætatis annos in urbe Nicæna spiritualibus iunt fundata decretis, nihil cuique addere concediur: ita ut si quis diversum aliquid decernere velit, se potius minuat, quam illa contribuat, quo si (ut opinor) a cunctis pontificibus intemerata servetur, per universas ecclesias tranquilla erit pax & firma concordia, nullæ de mensuris harum dissensiones, nullæ de ordinationibus litis, nullæ de privilegiis ambitiones; nulla enim de aliena usurpatione certamina: sed ea, quæ sunt extratis rationabilis est, & morum & officiorum fervabitur unanimitas. Et ille vere erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus, dicente domino: *Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister: Et quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare*. Et tamen hæc illis tunc infinuabantur, qui de pusillo volebant esse clerec, & de infimis ad summa transire: *Concil. General.* Tom. IV.

Ep.

ficiant multorum, & ut desinant adversitates, finiantur offensæ. Quod utrumque de magna erit misericordia Dei, is & flagella removet, & ad de fortum corda convertit. Sicut autem fratrem istum tam ea quæ apud nos fuit contrifiavit lœtitias, ita me animum facit, quod in Constantinopolitana ecclesia (quantum tua indicant literæ) hæreticorum insidiæ non quiescunt: & quotidie occasionibus, bi qui catholicæ fidei defensores fuere, vexantur. Nam dum Actius ab officio archidiaconatus per ipsiciem provectionis removetur, & in locum ejus Andreas, qui ob hæreticorum fociietatem fuerat abjectus, assumitur, dum beatæ memoriæ Flaviani accusatoribus honor redditur, & pissimi confessioni participes aut diuturnis pœnis contemnuntur, ita aperte, quod episcopo ecclesiæ ipsius placeat, demonstratur. In quem pro causæ merito differo commoveri, & quid ipse mecum cum tuis epistolis agitaverit, ut nostrum cum filiis nostris Actius ordinaverit, expecto, dans locum volantariæ emendationi, qua dolorem meum cupio mitigari. Clementissimo tamen principi & pissimæ Augustæ de his quæ ad cultodiam pacis ecclesiasticæ pertinent, fcripsi: quod devotione luæ fidei provisuros esse non dubito, ne contra gloriam operis ipsorum, damnata hæresis queat pullulare.

Studeat ergo dilectio tua, ut carissimæ, piam & necessariam curam solicitudini apostolicæ fedis impendere, quæ tibi apud fe nutrito catholicam, contra Nestorianos & Eutychianos hæreticos, actionem materiam jure commendat, ut divino foltitudinis auxilio, speculari de Constantinopolitana urbis opportunitate non desinas, ut prædictorum dogmatum impius numquam turbo confurgat. Et quia tanta est gloriosorum principum clementia, ut confidenter eis possis, quæ tuæ infinuanda, fuggerere, pietate ipsorum ad utilitatem ecclesiæ universalis utaris. Confidentiam autem dilectione tua de his in quibus putaveris ambigendum, nuncii decreti relationibus tuis meæ responfionis instructio, ut fequestrata eorum actione, causæ quæ in nobis inquiruntur ecclesiis prælatum fuerunt debent cognitione firmari, hæ speciali cura, vice meæ functus utaris, ne hæresis Nestoriana vel Eutychiana in aliqua parte revivescat: quia in episcopo Constantinopolitano catholicus vigor non est, nec multum aut pro facramento falutis humanæ, aut pro fua est æstimatione solicitus, cum fi quid illi inflet fpiritualis indulfrin, ita & a quibus ordinatus est, & cui viro faccefferit, cognitare deberet; ut magis beatum Flavianum, quam fui honoris fequeretur auctores. Et ideo cum pissimi principes fecundum obiectationes meas dignati fuerint fratrem Anatolium de his, quæ merito in querelam veniunt, increpare; videat caritas tua diligentia sua, ut universa fanadala, a abitibis plenissima correctione, resecetur, & a filii nostri Actii cellet injuria. Nam apud catholicum episcopum, etiamsi eas utemque decus faceerdotale, facerdoti archidiaconus propter fidei reverentiam debuit permiti potius quam locum catholici nequissimis hæreticis obtinere. Cum itaque quæ fequuntur, agnoveris, tua manifestius, quid agi oporteat, intelligas. Sum mirum, dolore cohibito, mali hujus indigere patientiæ, ut locus esset venia.

De Palæstinis vero monachis, qui jampridem in tumulto dissentionis esse dicuntur, quo adhuc animo moveantur ignoro. Neque enim quam fermone mihi patefactum est, quas ob rationes eas facte preferre discordiæ, utrum fcilicet Eutychianæ perversitati tali furore famulentur, an quia nostrates doleant episcopum fuum in hæresis pestem prius traduci, qui contra ipsorum locorum sanctorum testimonia, quibus totus mundus instruitur, ab incarnationis dominicæ veritate deficiens, & quod in aliis per indulgentiam curare possuit, in illo putent non esse venisse. Unde cupio me super his plenius edocere, ut etiam tua illum correctioni congrue studeatur: quia aliud est contra fidem impie armari, aliud in erroreum quoquam delinci. Charitas etiam, quas Actius presbyter ante indicavit esse directas, & brevitatem fidei, quod te mittisse significas, necdum ad me noveris pervenisse. Unde, si expeditior occasio fe prælentaverit per hanc, libenter habeo, ut si qua est, quæ utilis videatur, quæmpiimum ad me mittatur instructio. De Ægypitiis monachis quam quieti, aut cujus sint fidei, scire desidero, & de Alexandrinæ ecclesiæ pace quid ad tua versiumutis perferatur, ad cujus episcopum vel ordinatores ipsius, fei clericos, quod * alia fcriptæ direxerim, missis exemplaribus scire te voluit. Ad clementissimum quoque principem, & ad religiosissimam Augustam quis nunc meus fermo fit, missa exemplaria docebunt. Utrum autem epistola mea, quam de incarnationis dominicæ fide, incolumi adhuc sanctæ memoriæ Flaviano, ad dilectionem tuam per Basilium diaconem miseram, fraternitati tuæ tradita fit, fcire desidero: quoniam suspicion habeo, quod de ejus tenetu nullum unquam judicium cudidisti gestorum synodalium, quæ omnibus diebus concilii in Chalcedonensi civitate confecta sunt, partim clara propter linguæ diversitatem, apud nos habetur instructio. Et ideo fraternitati tuæ specialiter inquiro, ut mihi omnem cudicem universa facias congregari, in Latinum fermonem absolutissima interpretatione translata, ut in nulla parte actionum dubitare possimus, neque ullo modo esse possit ambiguum quod ad plenam intelligentiam te fuerit studente perductum. Data quinto Idus Martii, Opilione viro clarissimo consule. *

* A.Ch.445.

EPISTOLA LVII. LEONIS PAPÆ I.

AD MARCIANUM AUGUSTUM.

Petit ut Anatolium, qui cum Actium ab archidiaconatu amoverit, & catholicos infecterat, de fide male sentire suspicatur, increpet: commendat Julianum, cui ipse vices suas commisit.

Leo episcopus Marciano Augusto.

QUam excellenti pietate, & quam gloriosa clementia vestræ studio in integrum nuper fides Christiana revocata fit, totus mundus agnoscit, & falutis suæ singulare præsidium per vos a domino esse reparatum. At si quid adversum tanti operis conformationem de contrario spiritu fentitur obstiti, necesse est ut ad vestræ revocetur pietatis auxilium, quod ad cultodiam catholicæ veritatis, sive providentia præparavit: ut cum potestatis vestræ fit fendula etiam in longinquum nos relevare, multo magis ea quæ fub vestri audent oculis furgere, non finatis accrescere. Anatolii episcopi ordinationem (sicut fcientia Dei testis est) sfiqua fitam (quod fatendum est) mihi fecerant contestationis ejus auctores, nec diffimilem ab eligentibus arbitrabar electum: fentamque est, ut dum communione apostolicæ fedis existeret alienus, diu dandis ad eum epistolis pacis meæ laborarem. Sed cum illi pietatis vestræ testimonium suffragatur, cum de fide atque unanimitate ejus optranda quæque & placitura promittere, professionem ejus ita credidi esse sinceram, ut tamen, qua observantia se agere deberet, non desineren commonere, sedulo ipsi ac diligenter inculans, ut de perfecutoribus beatæ memoriæ Flaviani nemineu auderet in fuo habere consortio, & Eutychianæ hæresos defensorem se indicaret esse dejectum. Secutusque est, ut de his, quæ pro catholicæ fide in synodali concilio fuerant definita, talia ad me scripserit, qualia catholicum facerdotem scribere congrebat. Cum ergo ad commendandi ipsius primordia illa præcefferint, nihil minor quid cauie, aut occasionis emersérit, ut virum catholicæ fidei, & Nestorianis atque Eutychianis hæreticis constanter etiam adversiem archidiaconem tuis honoris specie degradaret, & dispensationem totius cauſæ & curæ ecclesiasticæ in Andream Eutychianisiam reperte transferret, adeo nimia commotione turbatus, ut conficiendorum quum pro insidiis negotii prorsus, a fabbati traditionis apostolicæ aut nescius aut obtusus inferret: quasi non ad episcopum magis quam ad presbyterum ordinationis illius vitium pertinet, qui non vovenies sopiri argumentis fide, quod improbaret in morbus, dejectionem innocentis per speciem provectionis implevit, addens fetenta illud injuriæ, utrum, cemeteio depurando, condemnaret exilio. Quem tamen pietati vestræ commendare præsumo, ne nullis uiterius noxiis in gravari possit infidiis, quem dominus (ut compert) fub vestra defensione confituit. Adjicito autem etiam hanc obfecrationem, ut prædictum episcopum a professione fua diffonam, & nimium testimonii vestri ac *Leonis* obstinam, necessarie increpare dignemini. Cesset catholicos infectari, cesset eos, qui sanctæ memoriæ Flaviano placuere, conterere, & eorum societatem, quos improbavit, eligere. Fraternam enim illi caritatem non aliter potestimus impendere, quam ut se ab inimicis catholicæ fidei approbet exterari, corumque a se consortium atque commercium abscindat: qui etiamsi magna fuiflet fatisfactione purgatus, poli dubium tamen reversus errorem, catholicis diacoinibus postponi debuit, non præponi. Illud quoque clementiæ vestræ benevolentiam peto, ut venerationem vestrum fratrem meum Julianum Episcopum, in vestro, sicut fuere dignamini, habeatis affectu, cujus obequtis præfentiæ meæ vice imago redditur. Nam & de fide ejus superiora confidens, vicem ipsi meam, contra temporis nostri hæresicos, delegari: atque propter ecclesiarum pacique cuſtodiam, ut a comitatu vestro non abesset, exegi: cujus fuggestiones, pro concordia catholicæ unitatis, tamquam meas audire digneminii, placentes Deo, qui solo præter regiam coronam, etiam facerdotalem contulit palmam. Data * sexto Idus Martii, Opilione, viro clarissimo consule. *

* quinto.
* A.Ch.445.

EPISTOLA LVIII. LEONIS PAPÆ I.

AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

De Actio & Andrea.

Leo episcopus, Pulcheriæ Augustæ.

MUltis extantibus documentis, quibus in diffensione ecclesiæ Dei pietatis vestræ manifestatur affectio, merito quotiies aliquid nascitur, fcandalorum, vestrum deferendæ auxilium: ut fides quæ annuntiatibus vobis contra hæreticorum commenta defenfa est, fecutæ pacis perpetum obtineat fiuminem. Nam nihil prodeſt, foris adversarios veritatis oppressos, si fi eoldem habeamus intra dominica septa redivivos? Quod itaque circa personam filii mei Actii gestum esse cognovi, nimium me anxium facit, & metuere certa ratione compellit, ne pœnitendum mihi sit, quod de episcopo Constantinopolitano, quod ab impugnatoribus fuerat ordinatus fidei, vobis adhortatibus, acquiesci melioria fentire, cum tanto pietatis vestræ testimonio juvaretur, ne illum gravaret fuæ ordinationis infirmitas, ubi vestra intercessio perfuaderet. Unde gratulari ceperam, quod beati Flaviani honoraret memoriam, & hæreticorum conatibus obstiere diceretur. Sed dolet, illum (licut prædicti lacrymabiliis questeta demonstrat) in deteriora mutatum, & cum nunc confituisse archidiaconem, quem ipse professus est a fe esse rejectum, qui Eutychianæ hæresos fe apud nos prodiderat defensorem. Quem quia non ad ecclesiasticis negotiis prestiit, propter hæreticum perversitatem, eidem favorem ipsum præstare convincitur. Qui etiamsi magna fatisfactione purgatus fuiflet, dubiegum prominentia, nequaquam debuit his, qui in fide permanserant, anteferri. Unde quia non laset clementiam vestram, quantum periculi, aut per pudendam fcandalum, aut per doloiem nesciunam nutriatur, dignamini episcopum ad professionem fuæ fidei annitiratæ vestræ clementiæ revocare. Et ne libi hæc mandata fuperdiat, ne affirmationem fuam, quam vestro acquiivit favore, commentet, societatem hæretici, quem dudum a fe removit, abscindat. Cujus innocentiæ vos ita adhuiie gaudio, ut mereiori ejus diletione confolatione vestra pietas fubveniret. Circa fratrem meum, venerationem vestrum Julianum episcopum, quantum debeat tieferre vestra dignatio, apostolicæ fedis exilitmate judicio: cum in causa fidei, cui gloria vestra famulatur, vicem ipsi meam catenus delegaiimus, ut ab ea, quæ vobis debetur obfervantia, nihil recedat, quæ ipsi meam, cum hæresis pestem non desinat, exequens in custodia fidei, & in ecclesiasticis disciplinis per omnia solicitudinem, opportunis fuggestionibus, quod universali ecclesiæ prosit, informare vestra dignatio, nec catholicæ veritatis præsidium, quibus volumus subvenire, nec vobis metum defit obfequium. Data sexto Idus Martii, Opilione viro clarissimo consule. *

* A.Ch.453.

EPISTOLA LIX. LEONIS PAPÆ I.

AD MARCIANUM AUGUSTUM.

Gratias agit, quod per Chalcedonensie concilium pax ecclesiæ catholicæ fit reddita.

Leo episcopus Marciano Augusto.

MUlta milii je omnibus clementiæ vestræ literis cuiis gaudii est, dum ex magna divinæ providentiæ misericordia præstium humanis rebus experior, quod ecclesiasiicam pacem (quæ non nisi unitate prædicationis evangelicæ cuſtoditur) piissimo studio juvare dignaminis: ut filed vestræ gloria non solum utilitate reipubliciæ, sed etiam religionis profectibus augeatur, gloriosissime imperator. Unde inestimabiiter Deo gratias ago, qui eo tempore, quo oboiiiura hæreticorum scandala præcicibat, in imperii fastigio *collocavit*: in quibus vos ad totius mundi falutem, & regia potentia, & facerdotalis vigeret industria. Nam cum vestro principe opere fit effectum, ut per synodale concilium, damnatis impii dogmatis defensoribus, omnes vires facrilegæ error amiiteret: ad ejusdem devotionis pietines palmam, si malum, quod in suis

* Augustæ.

tuis dubitas est oppressum, etiam in quibuscumque reliquiis delectat. Quod facilius elementa vestra arbitretur implendum, si per universas ecclesias, definitiones sanctæ synodi Chalcedonensis, apostolicæ sedi placuisse doceantur. De quo quidem ratio non fuit ambigendi, cum ei fidei omnium subscribendo consensus accesserit, quæ ad nos secundum formam apostolicæ doctrinæ ac paternæ traditionis emissa est, & per fratrem meum Lucianum episcopum ratia & gloriam vestram, & ad Constantinopolitanam antistitem scripta direxerim, quæ existimo obtendorem, me ea quæ de fide catholica in prædicta synodo definita fuerant, approbare. Sed quia in eisdem literis ea, quæ per occidentem synodi mihi fuit attestata, a reprehenderam, malui prædictus antistes meam gratulationem tacere, quam suum ambitum publicare. Mihi autem multum fiduciæ, Deo per vos operante, collatum est, quod probabit vos observantiam meam de custodia canonum paternorum, pietatis vestræ affatibus indicastis. Et meritogeminatur gaudium meum, cum vobis religiosissime pluerit cognosce, ut & fides Nicæna tuam teneat firmitatem, & privilegia ecclesiarum illibata permaneant. Quamvis autem de præclaro filio vestro quem nihil vestra pietas indicasset, mihi tamen per veneratorem una prædictus vestrum, fratrem meum Julianum episcopum, innotuisse significo, quam pio dignati fueritis respondere impertinentem monachorum animos celebere pasteres & docere, ut si illos non penitus deferunt divina misericordia, sentiant & & didicisse quod credant, & agnoscisse quod timeant. Quia vero omnibus modis obedientiam est pietatis vestræ religiosissimæque voluntatis, constitutionibus synodalibus, quæ mihi de confirmatione fidei catholicæ, & hæreticorum damnatione placuerunt, libenter adjeci sententiam meam. Quæ ut in notitiam omnium sacerdotum ecclesiarum quæ perveniat, vestræ clementiæ præceptio ordinare dignabitur: adhuc enim credo & spero gratiam Dei, quæ tam fratum tanti principis curam plenissimum defendit sui fructum facisse obtinere: ut omnibus dissentienti occasionibus amputatis, apostolicæ utique doctrinæ & pax regnet & veritas. Fratri autem meo Juliano episcopo, noverit vestra clementia, hoc me proprie delegasse, ut quidquid illic ad custodiam fidei pertinere probaverit, meo nomine vestræ fiduciæ liter suggerat: quoniam certus sum, vos ad hæc omnia emendanda vel defendenda, Deo auxiliante, sufficere. Data duodecimo Kalendas Aprilis, " Opilione viro clarissimo consule.

Ambitio.

Infamia.

Fiducia.

Fundamentis.

Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA IX. LEONIS PAPÆ I. AD PULCHERIAM AUGUSTAM.

Laudat eam quod quorundam monachorum cohibuerit insanian, eademque fabdit quæ imperatori scripserat.

Leo episcopus, Pulcheriæ Augustæ.

QUamvis nullius nunc literas tuæ pietatis acceperam, scribenæ tamen gloriosissimo principi, non aliter dignatione ipsius fiim gavisus, quam si mihi etiam tuæ serenitatis redderetur alloquia. Unde confuetudinem debitam quæ officii [illegible] ut ecclesiæ, per quam significatum ele[illegible] vestræ, absolute me gaudere, & incessabilibus Deo precibus postulare, ut vos, & Roma, & [illegible] catholicæ ecclesiæ in omni prosperitate [illegible] vigore autem fidei vestræ A quo indefinenter dominio sacrificium laudis offeratis, quantas Deo gratias agam, cognoscere non valeo: quoniam principibus temporis nostri non fuit potentiam regium, sed etiam sacerdotalem cognoscimus inesse doctrinam. Indicante enim fratre meo Juliano episcopo, perveneruat ad nos in exemplaribus præceptionum vestrarum salubrium sanctiones, quibus infinam impetitiam monachorum dignati estis paccendo prohibere, & docendo punire: ut si eos ad præcidium miseratio divini converterit, multis lacrymis, & & nefandis cædibus, & ab hæreticorum blasphemiis dilauntur. Quod vero piissimus imperator ad omnes episcopos, qui Calchedonensi synodo interfuere, voluit ne scripta litigiosa, ejusbus, quæ illicite fidei sunt regula abscidere, firmatem, libenter implevi; ut fallax cujusquam malitiæ sententiam vestrum velet haberi incertam, cum per Constantinopolitanum episcopum, cui fatritium meam largiter indicavi, in omnibus potuerit notitiam pervenire, quod scripseram, nisi maluisset eorum gaudium tacere, quam repulsam foi ambitus suo B fratri & episcopo meo Juliano, cui solicitudinem meam in causa fidei delegavi, rogo ut eam studeatam præbere dignemini, qua pietati vestræ polis, quæ universali ecclesiæ fint profuturæ, suggerere. Data duodecimo Kalendas Aprilis, Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA LXI. LEONIS PAPÆ I. AD JUVENALEM HIEROSOLYMARUM & ceteros episcopos.

Scribit fe, quæ de incarnatione in Chalcedonensi concilio decreta fuerunt, confirmasse; utque et & ceteris episcopis hoc innotescat, se rogasse fim peratorem, ut literas suas ad illos perferat curet.

Leo episcopus, sanctæ synodo apud Chalcedonem habitæ.

OMnem quidem fraternitatem vestram nosse non ambigo. *Vide reliquum in concilio Chalcedonensi, parte 3. num. 16.*

EPISTOLA LXII. LEONIS PAPÆ I. AD MAXIMUM ANTIOCHENUM episcopum.

Confutat errores Eutychetis & Nestorii, eum ad fidei defensionem hortatur, & quæ contra Nicæni concilii decreta flatuta fuit, nulla delatet.

Leo catholice ecclesiæ episcopus, Maximo carissimo fratri episcopo Antiocheno.

QUantum dilectioni tuæ placeat communis fidei sacratissima unitas, & pacis ecclesiasticæ tranquilla dogmatis. *Vide reliquum in concilio Chalcedonensi, parte 3. nu. 17.*

EPISTOLA LXIII. LEONIS PAPÆ I. AD THEODORICUM EPISCOPUM CYRI.

Scripta poli Chalcedonense concilium, de fidei perlevertantia.

Dilectissimo fratri Theodorico episcopo, Leo episcopus.

REmeantibus ad nos fratribus, & confacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium se- C

